

- 40 Exulentur igitur nostri temporis corruptellæ, reddeantquè iterum mores vestesquè maiorum nostrorū, videant denud exterae nationes Lusitanos rōbore, fortitudine, moderatione, & honestate antiqua: proprio ordini, & dignitati vestes convenientes dentur, quia hoc agere oportet, ex *l. 15. §. 1.*
- 41 *ff. de usufruct.* ut per decentiam, & moderationem vestis extrinsecæ morum honestatem intrinsecam omnes ostendemus, etenim, ut in aliis rebus mediocritas, ita & in vestibus placeat, ex *l. patronus.* *l. suo victu ff. de oper. libertor.* *Paulus in l. 2. ff. de verbis. signification.* ubi *Alciat. Senec. epistolā 9. Non fulgeat vestis, sed neque fordeat, nongloriam, non pulchritudinem nostram in vestibus ponamus,* ut nos docet Sacra Pagina Ecclesiast. capit. 11. Esther capit. 14.
- 42 *Divus Paul. 1. ad Thimot. 6.* sed corpora nostra vestibus virtutum exornemus, & ad corpora nostra induenda, laneæ, ac linæ vestes satis sufficiunt, quæ fuerunt vestes protoparentum nostrorum, ut constat ex *capit. 3. Genes. Caffaneus in Cathalo-* go Gloriæ mundi part. 12. consideration. 95. & quæ sunt omnium vestium nobilissimæ, ut probatur ex *l. si cui lana §. proinde ff. legat. 3. nē dicamus nostræ Lusitanæ cum Weniolibr. unic. epigrama 39.*

*Urbs vēterū cultrix, rerumquæ*

*inimica novarum*  
*Imposuit faustos vir sibi Roma*  
*novos.* *oni in bellis stolidi de*  
*Cinge caput lauro, gemis tege*  
*corpus, & aurum;*  
*Si fueris pridem, remanebis*  
*Rusticus idem.*

Alexander Severus Imperator non officialibus tantum, sed & omnibus vestem cuiuscumque dignitatis propriam dare in animo habuit, ut vestitu à privatis dignoscerentur, sed quia hoc Ulpiano, & Paulo dispu-  
 it dicentibus: *Plurimum rixarum ferè, si facile homines essent ad injurias;* tantum constituit, ut Equites Romani à Senatoribus clavi qualitate discernerentur, assentiens Livo, qui lib. 33. sic scribit: *Omnia talia discrimina, quibus ordines discernerentur, & cōcordiae, & æquæ libertatis minuendæ esse;* ita ad exemplum tales vestes sunt constituendæ, ut sine æquivocatione videantur, & revereantur nobiles, & humiles, & non æquo passu procedant, neque pari jure utentur, qui dispari jure tam divino, quam humano ad varios juris effectus judicantur: Stephanus Nath. de justitia vulnerata 2. part. tit. 4. cap. 1. à n. 1.

## C A P U T XXIII.

Judices fiscales, Scribæ, cæteri que fisci Sanctæ Inquisitionis officiales an privilegiis familiariibus, & officialibus Sanctæ Inqui-

Inquisitionis concessis gaudent, & quibus?

## SUMMARIUM.

- 1 *Judices fiscales, officiales fisci Sanctæ Inquisitionis privilegiis omnibus concessis familiaribus, officialibusque Sanctæ Inquisitionis gaudent-*
- 2 *Quod sit privilegium ad instar.*
- 3 *Quando dicatur concessum.*
- 4 *An habeant privilegium per communicationem, vel ad instar.*
- 5 *Verbum deque est relaiivum substantiae.*
- 6 *Considerantur variae leges communicationem inducentes.*
- 7 *Judices, officialesque fisci eodem numero, & in individuo potiuntur privilegio.*
- 8 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
- 9 *Hospitalia, quibus ad instar Ecclesiarum concessa sunt privilegia, eis numero gaudent, quibus Ecclesia.*
- 10 *Eborensis Universitas, quibus ad instar Conimbricensis concessa sunt privilegia, eisdem gaudet.*
- 11 *Augusta privilegiata ad instar Augusti eisdem potitur privilegiis.*
- 12 *Ideo sicut fiscus Augusti privilegium tacite hypothecæ habet, ita & fiscus Augustæ.*
- 13 *Moniales Sanctæ Clari eisdem*
- potiuntur privigijs, quibus minores fratres.
- 14 *Princeps concedendo alicui privilegia ad instar alterius, censetur omnia in individuo referre.*
- 15 *Privilegium concessum Prælatis, ut possint exigere debita sua ad instar regalium, eodem operatur effectus.*
- 16 *Imitatio hæc non est adumbrata, sed vera.*
- 17 *Privilegium ad instar respectu exemplaris considerandum est tamquam mensura, & mensuratum.*
- 18 *Pérperam judicavit Senatus, dum judicavit judicem fiscalem tenere solvere gabellam.*
- 19 *Officiales continui Sancti Officii non solvunt gabellas nisi negotiationis causa.*
- 20 *Officiales continui Sancti Officii, qui dicantur.*
- 21 *Judices fiscales, et cæteri fisci Sanctæ Inquisitionis, sunt Sanctæ Inquisitionis officiales continui.*
- 22 *Inquisitores Apostolicis sunt officiales Papæ, & Cameræ Apostolicæ, & eodem nomine veniunt.*
- 23 *Munus Judicis fiscalis in exteris regnis regulariter Inquisitores exercent.*
- 24 *Audiis privilegiis familiaribus, officialiumque Sanctæ Inquisitionis non augentur privilegia judicum, officialiumque fisci.*
- 25 *Nisi tam præsentia, quam su-*

- tura ad instar concessa sunt.
- 26 Refertur contra sententiam, & ejus DD.
- 27 Resolvitur quæstio sub distinctione.
- 28 Auctis privilegiis Judicum, officialiumque fisci, non ex eo aucta censentur familiarium, officialiumque.
- 29 Exemplatum non infundit in exemplum.
- 30 Derogatis privilegiis familiarum, officialiumque, derogata Judicum, officialiumque fisci non judicantur.
- 31 Nec è contra.
- 32 Hæc doctrina declaratur.
- 33 Familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis, licet per non usum sua privilegia amittat; non tamen Judges, officialesquè fisci.
- 34 Et contra.
- 35 Proponitur, an confirmatis privilegiis familiarium, officialiumque; Judicum, officialiumque fisci confirmata censantur.
- 36 Sub distinctione resolvitur.
- 37 Contrariorum eadem est disciplina.
- 38 Confirmata non censentur, si confirmatio ex certa scientia non fiat.
- 39 Nisi præsentia, & futura ad instar fuerunt concessa.
- 40 Quæritur, an concessio ad instar aliquid operetur, si non constat de relato?
- 41 Nihil prodest, si concessio est generalis.
- 42 Privilegiorum aliorum concessa participatio ad instar importat, ut sortiatur eundem, & parem effectum.
- 43 Prodest verò, si concessio sit specialis cum relatione individua privilegiorum.
- 44 Confirmatio privilegiorum ex certa scientia, quæ seriose totum tenorem privilegiorum continet, valet, licet de concessione non appareat.
- 45 Quondam quis condemnatur ad certum solvendum, sicut sui Antecessores, solvere tenetur, licet non appareat, quod Antecessores solvissent.
- 46 Si in statuto referente ad aliud inseratur totus tenor statuti, ad quod fit relatio, non est necesse, quod de relato constet.
- 47 Dictiones prout, vel similes relativæ in privilegiis, ceterisque dispositionibus, in quibus possit persona referens de novo disponere, conditionem non important, si tenor dispositionis inseratur.
- 48 Judicibus, officialibusque fisci non tantum communicantur privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquisitionis, quæ ex concessione constant; sed quæ ipsi per consuetudinem acquisierunt.
- 49 Concessa alicui privilegia alterius, etiam ex consuetudine acquisita communicantur.
- 50 Consuetudo, ut ex ea privilegium

- gium acquiratur , debet esse prescripta.
- 51 Quæ autem dicatur cōsuetudo prescripta remissivè traditur.
- 52 Communicantur tantum privilegia , quæ sunt in usu tempore concessionis.
- 53 In usu sunt , quæ vel sunt in actu , vel potentia utendi.
- 54 Commensalis dicitur , qui habet potentiam comedendi , licet actu non comedat.
- 55 Judices , officialesquè fisci , sicut familiares , nec jurisdictionem prorogare possunt , nec foro renuntiare.
- 56 Eodem modo , quo familiares , officialesquè utuntur privilegio contra alios judices , officialesquè fisci.
- 57 Non confunduntur privilegia , sed Rei potiora sunt.
- 58 In paritate privilegiorum melior est conditio Rei.
- 59 Vidua contra viduam non utitur privilegio , quandò in eodem loco habitant.
- 60 Non privilegiatus Actor Reū privilegiatum in judicio sui privilegeii convenire debet.
- 61 Et similiter Actor privilegiatum Reum privilegiatum nisi actoris privilegiū sit fortius.
- 62 Familiares , officialesquè agentes contra Judices , officialesquè fisci , vel è contra forum Rei sequi tenentur.
- 63 Privilegiatus utitur privilegio contra alterum privilegiatum , quandò tractat de

- damno vitando.
- 64 Dic̄ta . & dicenda circa familiares , officialesquè Sanctæ Inquisitionis applicanda sunt Judicibus , officialibusquè fisci .

**R**egimen fiscale cap. 45. resolvit Judicem fiscalē , Thefaurarium , Scribam , cæterosquè fisci officiales gaudere eisdem privilegiis , quibus fruuntur officiales , & familiares Sanctæ Inquisitionis , ut ex illo patet ibi : O Juiz do Fisco , Thesoureiro , e mais officiaes poderão trazer armas defensivas , e gozarão dos privilegios , de q̄ gozaõ os officiaes , e familiares do Santo Officio da Inquiçāo ; à quibus verbis apertissimè constat Judicem fiscalem , cæterosquè fisci officiales habere privilegia ad instar officialium , familiariumquè Sanctæ Inquisitionis .

Est enim privilegium ad *instar* , quod alicui ad alterius privilegiati similitudinem conceditur , ex *Horatio Mandozio de privileg.ad instar , sive de communication. privilegior. q. 2. Peg. ad Ord. libr. 2. titul. 52. §. 9. gloss. 11. num. 4.* ubi advertit , quod ad hoc , ut dicatur privilegium concessum ad *instar* alterius , non requiritur , quod in novo privilegio sit verbum ad *instar* , sed sufficit quod ponatur altera dictio similis , prout est adverbium , sicut , ita ut , prout , quemadmodum : *Mandoz. dict. quest. 2. Suar. de legib. lib. 9.*

capit. 25. Salgad. de supplication. ad Sanctissim. 2. part. cap. 20. à num. 5. Thom. Vas alle-  
gat. 66. Barbos. in capit. quod nonnullis 27. de privileg. num. 2. Valasc. conf. 12. Benedict. Pe-  
reyr. in sua Academia seu repu-  
blica literar. lib. 3. disp. 2. quæst. 4.  
per tot.

**4** His prælibatis quæro primo : an Judices fiscales, cæteriquæ fisci officiales familiarium, officialium quæ Sanctæ Inquisitionis privilegia eadem habeant per communicationem, vèl privilegiati dicantur ad instar? Respondeo Judices fiscales, cæterosquæ officiales fisci in præfenti non habere privilegia ad instar officialium, familiariumquæ Sanctæ Inquisitionis, sed per communicationem habere privilegia: & probo primò ex verbis, quibus hæc communicatione fuit concessa ibi : *Egozaráo dos mais privilegios, de que gozaráo os officiaes, e familiares do Santo Officio;* cum illud participium *gozaráo* in verbum relativum resolvatur: Corneus libr. 3. conf. 212. num. 5. Mandoz. supr. quæst. 2. n. 6.

**5** Probo secundò, quia illud relativum *de quo* est relativum substantiæ, non autem similitudinis, vel accidentis: Barthol. in l. vi ff. si cert. petat. n. 3. Mandoz. supr. n. 7. gloss. in l. unic. Cod. de sentent. quæ pro eo, quod interest, profertur, & in §. alteri Inst. de inutilib. stipulation.

Probo tertio varijs juribus, 6 quibus non similia, sed eandem huic, & illi privilegia cōmunicantur; sicuti in l. Princeps ff. de legib. l. fiscus in fin. ff. de jur. fisc. l. idem privilegium ff. de privileg. creditor. l. eisdem privilegiis Cod. de advocat. diversor. judic. l. 2. Cod. de com. consistor. libr. 12. sed circa hoc parum est immorandum, cum idem sit effectus privilegiorum per communicationem, seu privilegiorum ad instar.

Quæro secundò: quid opere- 7 tur hæc generalis concessio? Respondeo operari Judices fiscales, officialesquæ fisci eisdem numero, & in individuo gaudere privilegijs, quibus utuntur familiares, officialesquæ Sanctæ Inquisitionis; quia certè hujusmodi concessio referens se ad privilegia familiaribus, officialibusquæ Sanctæ Inquisitionis non minus operabitur, quam si privilegio omnia, & singula familiarium, officialium quæ Sanctæ Inquisitionis sigillatim specificè concessa, illaque in concessione feriatim narrata fuissent, cum relatum dicatur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus, ex l. ass. et toto ff. de bære- 8 dib. insituend. l. si ita scripsero ff. de conditionib. & demonstratio- nib. & in specie ita docet Mandoz. de privileg. ad instar quæst. 4. num. 1. Oldrad. conf. 300. Par- sius lib. 4. conf. 22. n. 5. Bertran- dus conf. 149. Peg. ad Ord. libr. 2. tit. 52. §. 9. gloss. 11. num. 6, in fin.

fin. melius, ac fusiū de maiorat. *vicus Romanus ad similem casum inferens conf. 583. Mandos. dict. q. 4. n. 4.*

*cap. 3. à num. 40. cum plurib. seqq. Parex. de universa instrumentorum edition. titul. 7. resolution. 9. per tot. qui nihil desiderandum omisit.*

9 Quâ ratione videmus, quod hospitalia, quibus ad Ecclesiarum instar privilegia sunt concessa, ex l. omnia 33. §. valde Cod. de Episc. & Cleric. gaudent omnibus, & singulis privilegijs, quibus & ipsae Ecclesiæ: Barbos. in dict. l. omnia 33. num. 5. Garc. de benefic. part. 5. capit. 1. num. 612. Mandos. dict. quest. 4. num. 2. ubi innumeros refert.

10 Pari ratione, quod Universitas Eborensis, cui quantum ad studium privilegia Universitatis Co-nimbricensis sunt concessa, gaudent omnibus privilegiis dictæ Universitatis, non secùs, ac si specialiter illa sibi concessa fuissent: Ben-  
edict. Pereyr. in sua Academia, seu republica literar. libr. 3. disp. 2. quest. 4. per tot. ut de Civita-  
te Perusii, cui concessa sunt pri-  
vilegia Civitatis Constantinoplæ, tradit Barthol. in l. unic. Cod. de professorib. libr. 12.

11 Sic etiam videmus Augustam legibus solutam esse, non quia id sibi specialiter esset indulatum, sed quia eidem Augustæ Principis privilegia concessa erant, undè erat etiam eidem in consequenti-am concessum illud Principis pri-  
vilegium, quod esset legibus so-  
luta: l. Princeps ff. de legib. Ludo-

*ff. de jur. fisc. ubi quia Princeps habet privilegium fisci, pariter quoque, & ipsa Augusta, cui, ut dixi, privilegia Principis in uni-  
versum concessa erant; undè sicuti fiscus habet privilegium tacitæ hypothecæ super bonis ejus, qui cum ipso contrahit, & aliis certis casibus, ut in l. 2. Cod. in quib.  
caus. pign. vel hypothec. contra-  
bat. l. aufertur §. fiscus ff. de jur.  
fisc. l. 1. Cod. de jur. fisc. libr. 10.  
l. 3. & 4. Cod. de privileg. fisc. l. si quis post hoc Cod. de bon. prescri-  
ptor. ita etiam Augusta habet idem tacitæ hypothecæ privilegium: Mandoz. supr. num. 5. Anto-  
nius Capicius decis. 129. à num.  
6.*

*Ex quo Natta conf. 432. lib. 2. 13  
Mandos. supr. num. 6. docent mo-  
niales Sanctæ Claræ habere jus sepulturæ, non secùs, ac fratres minores, stante concessione Boni-  
facii 8. & Sixto 4. quod dictæ moniales gaudeant in omnibus, & per omnia privilegiis fratrum minorum in his, in quibus sexus non repugnat, licet privilegium con-  
cessum fratribus minoribus non intelligeretur concessum sorori-  
bus.*

*Mandos. de privileg. ad in-  
star. q. 2. num. 13. & 14. tenet,  
quod quandò Summus Pontifex concedit alicui privilegia discrip-  
torum*

torum in Chancellaria, quod s<sup>e</sup>pe factum extat, sive ipse concedat simpliciter privilegia descriptorum, sive eadem privilegia, quibus descripti gaudent, vel quod uti possit privilegiis aequè, & parvissimè, perinde, ac si esset descriptus, semper censebuntur illi eadem privilegia concessa, quæ habent descripti.

15 Confert etiam *Ord. nostra lib.*

*2. titul. 52. §. 9.* ut privilegium concessum Prælatis, Magistribus, Ordinibus, & aliis personis, ut possint exigere sua debita ad instar regalium, extenditur ad omnia, ad quæ suum exemplar extenditur, atque adeo ideo de sedere imitationem perfectam, non

16 adumbrataam tantum, vel fictam, ut in terminis docet *Peg. in dict.*

*§. 9. gloss. 11. num. 1. Suar. de legib. libr. 8. capit. 15. num. 1. & 2.*

*capit. 16. num. 5. & 7. ultra quos probatur in terminis similis privilegii, ex glos. ultim. in fin. Cod. de professorib. qui in Urbe Constantiop. libr. 12. firmat ibi Lucas de Penna. Mandos. de privileg. ad instar quest. 2. 3. & 4.*

17 Aquibus, & aliis ex consulto

omissis, ne in infinitum excurreret calamus, satis probatur Judices fiscales, cæterosq<sup>ue</sup> fisci officiales guadere omnibus, & singulis privilegiis concessis officialibus, familiaribusq<sup>ue</sup> Sanctæ Inquisitionis, nullo excepto; quia privilegium ad instar respectu exemplaris considerandum est tamquam

mensura, & mensuratum, ut egregie docet *Peg. dict. §. 9. gloss.*

*11. num. 7. Suar. de legib. libr. 8. capit. 15.* ubi sic ait: dicendum est per illud instar significari propriam, & adæquatam limitationem, ita ut mensuratum adæquetur mensura, nec superet illam, nec ab illa deficiat. Probatur; quia si non esset propria imitatio, non esset univoca, sed analoga, vel æquivoca concessio, & si non esset adæquata, esset incerta, & ambigua, & ita in utroque modo esset inutilis, & ambigua concessio: privilegium ergo ad instar concedit omnem favorem, & gratiam contentam in suo exemplari, & in eodem sensu, in quo in exemplari continetur, & cum eadem extensione, & restrictione, & non maiori, nec minori, quia hoc tantum spectat ad propriam, & adæquatam imitationem, estquæ necessarium, ut privilegium sit utile, & certum: hoc sentit clarè *Navar. in commentar. de jubilleo notab. 26. n. 2. cum Bald. in l. omnia 53. Cod. de Episcop. & Cleric.*

*ita Peg. dict. n. 7. Salgad. de supplication. 2. part. cap. 20. à num. 5.*

*Barbos. de clausul. clausula 5. per tot. & in cap. quod non nullis 25. de privileg. n. 2.*

Unde jam patet pérperam jūdicatum fuisse Judicem fiscalem Eborensem teneri solvere gabellam ex bonis, quæ emeret, vel vendiderit, prout judicatum tradidit *Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 78. §. 14.*

*n. 376.*

- n. 376. & 377. & ad Ord. libr. 2. ratos in Sancto Officio, & ad solvē-  
tit. ult. in fin. n. 238. tūm, quia Ju-  
dices fiscales habent eadem pri-  
vilegia, quæ habent officiales  
continui Sancti Officii, ut pro-  
19 batur ex *Regimin. fiscali* §. 46. &  
ex hactenūs abundē dictis: Atqui  
officiales continui Sancti Officii  
non solvunt gabellā ex rebus, quas  
vendunt, vel emunt, ut probavi-  
mus cap. 2. num. 139. & 140. ni-  
si negotiationis causā emant, vel  
vendant: ergo similiter Judices  
fiscales, cæteriquè fisci officiales  
gabellas solvere non tenentur ex  
rebus, quas emunt, vel vendūt non  
negotiationis causā: tū, quia Judi-  
ces fiscales cæteriquè fisci officia-  
les sunt officiales continui Sancti  
Officii; sed sic est, quod officiales  
continui non solvunt gabellas, se-  
cluso casu negotiationis, ex rebus  
emptis, vel venditis: ergo &c.
- 20 Minor est certa, consequentia  
legitima, nisi in maiori sillogismus  
claudicet, prout non claudicat:  
quia probatur; nam officiales con-  
tinui Sancti Officii sunt omnes il-  
li, qui actui inserviunt ministerio  
Sancti Officii, ut patet ex verbis  
privilegiorum; sed judices fiscales  
sunt actu exercito ministerii San-  
cti Officii: ergo sunt continui.
- 21 Minor probatur, quia Judices fis-  
cales, cæteriquè officiales fisci sunt  
executores quoad pœnas tépora-  
les hærefis, nempe confiscationis,  
ut per se patet, & sunt incessanter  
in executione bonorum condem-  
natorū ad alendos pauperes carce-
- ratia Ministrorū, officialium  
què omnium Sanctæ Inquisitionis:  
ergo sunt officiales continui San-  
cti Officii, nam illis deficientibus  
pauperes carcerati ali non potuif-  
sent, salario Ministrorum non sol-  
verentur, executio sententiæ Apo-  
stolicorum Inquisitorum, quoad  
penas confiscationis, deficeret, & 22  
consequenter Hæretici immunes  
à penna confiscationis manerent,  
ac per consequens deficeret mini-  
sterium Sancti Officii, si pauperi-  
bus alimenta deficerent, ministris,  
officialibusquè salario non solve-  
rentur; & ita sicut Apostolici In-  
quisitores appellatione officialium  
Papæ veniunt, & gaudent privile-  
giis officialium Pontificis, & Sedis  
Apostolicæ: *Delben. de officialib.*  
*Sanctæ Inquisition. I. p. dubitat.*  
14.n.5. *Molin. de justit. & jur. tra-  
ctat. 5. disp. 27. n. 21.* ita Judices  
fiscales, cæteriquè fisci officiales  
appellatione officialium continu-  
orum Sancti Officii veniunt, eò vel  
maximè, cum in toto fere Christia-  
no Orbe, secluso nostro Regno,  
Judex fiscalis fisci Sanctæ Inquisi-  
tionis sit unus ex Apostolicis In-  
quisitoribus; teste *Simanch de Ca-  
tholic. institutionib. tit. 21.*
- Quæro tertio: an auctis privi-  
legiis officialium, familiariumquè  
Sanctæ Inquisitionis censeantur  
aucta privilegia Judicum, officia-  
liumquè fisci Sanctæ Inquisitio-  
nis? Respondeo duas esse in hoc  
casu sententias: prima negantium,

Rr

ex

ex eo quod verba *ad instar*, *ad exemplum*, & similia dēnotent respetum imitantis aliud, quatenūs jam existunt, seu jam factum est, non etiam quatenūs futurum, uti & cōcedens realiter privilegium, non aliter concedit, quatenūs jam concessum est, & quatenūs jam se habet id, ad quod sit relatio; argumento *text. in l. intestatus 17. ff. de conditionib. & demonstrationib.* nisi tamen exemplatum etiam ad futura se referat, secundūm *text. in l. omnia 33. Cod. de Episcop. & Cleric. Abb. in cap. fin. ne Clerici, vel Monachin. 5. & ita tenet Zoz. ad decretales ad titulum de privileg. num. 18. Mandos. de privileg. ad instar infinitis relatis, quæst. 9. per tot. Bald. in dict. l. omnia. Barbos. in cap. quod nonnullis 25. de privileg. n. 4. Pereyr. dict. quæst. 4. n. 333.*

**26** Secunda affirmantium, quam tenent, ac defendunt *Crotus in l. i. ff. de legat. 3. n. 3. & melius Jacob. de Nigr. in d. l. 1. n. 2. Paulus Paris. n. 3. & 6. Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 52. §. 9. glof. 11. n. 8. Romanus in l. damni infecti §. si is qui ff. de dān. infect. num. 8. text. in capit. quia circa de privileg. ubi cum infinitis Barbos. Medicis conf. 51. Annalib. 1. conf. 61. Rovitus ad pragmaticas Neapolitanas pragmat. 1. de jure, & exactione fisci à n. 3. usque ad 63. Novarius tom. 1. quæst. 127. num. 15. Pacian. de probationib. libr. 1. cap. 27. num. 36. & 37. Barbos. in l. divorcio*

§. quod in anno ff. soluto num. 16. Oldrad. de privileg. & literas Principis 1. part. prælud 11. à num. 14. Sallas de legib. quæst. 94. tract. 14. disp. 17. sect. 9. & tract. 16. disp. 17. sect. 6. plures apud Barbos. dict. n. 4.

*Augustinus Barbos. de clausula 27 clausula 5. n. 8. & 9. cum Suar. de legib. libr. 8. cap. 15. à num. 5. & cap. 16. à n. 11. Frater Emmanuel Rodr. tom. 7. quæst. 55. art. 19. Azeved. conf. 36. per tot. nostro videri legitimè distinguunt inter casum, quo privilegium communicatur non per se, & principaliter, sed dependenter à primo; & inter casum, quo non sic dependenter, sed directè per se, & æqualiter: ita ut in primo casu vera sit secunda sententia; quia non potest ille, cui communicatur privilegium, eo uti nisi secundum modum, juxta quem eo utitur principalis, ideo aucto privilegio principali necessariò augetur in persona eorum, quibus communicatur; at vero in secundò verissima sit prima sententia; quia in isto casu utrumque privilegium stat per se, ut re ipsa distinctum, solumquè apponi particulam, vel relationem ad aliud, ad terminandam significationem verborum, ideoque aucto primo non augetur secundum.*

*Infertur igitur, quod auctis privilegiis familiariū, officialiumquè Sanctæ Inquisitionis non augētur Judicium, officialiumquè fisci privilegia; quia ut ex verbis cōcessio-*

nis patescit, privilegium istorum fuit concessum independenter à primo, & per se stat.

28 Infertur secundò, quod si augeantur privilegia Judicūm, officialiumquè fisci Sanctæ Inquisitionis, non ideo aucta censeri debent privilegia familiarium, officialiumquè Sanctæ Inquisitionis nam si exemplatum augeretur novis privilegiis, non ideo gauderet exemplar eisdem, cum exemplatum non sit causa sui exemplaris, nec novum privilegium detur per respectum ad exemplar, cum haec duo sint separata, & in privilegiis non habeat locum extentio, ut novum privilegium non possit redūdere in exemplar, ad quod licet exemplatum referatur, non tamen vicissim: *Zoez. supr. dict. num. 18. Suar. dict. cap. 15. n. 3. 4. & 5. Navarr. d. notabili 26. n. 8.*

30 Infertur tertio, quod derogatis privilegiis familiarium, officialia umquè Sanctæ Inquisitionis; Judicūm, ac officialium fisci, privilegia abrogata non censemuntur, quæ re ipsâ sunt distincta à suo exemplari, à quo, & si dependeant quo ad productionem sui, non tamen quoad conservationem, ut rectè aiunt *Zoez. Navarr. Suar. Peg. supr. Barbos. dict. clausul. 5. num. 7. & 8.* qui aliós refert *Mandos. de privileg. ad instar quæst. 6. per tot. ubi infinitos citat num. 1. 2. & 3. Pereyr. dict. quæst. 4. num. 334.*

31 Infertur quartò, quod revoca-

tis privilegiis Judicūm, officialiumquè fisci Sanctæ Inquisitionis, non ideo revocantur privilegia officialium, familiariumquè Sanctæ Inquisitionis, quia exemplar ab exemplato mininè dependet: *Mandos. d. q. 6. n. 3.*

Secùs autem se haberent, quæ diximus in secunda, & tertia illustratione, si vel privilegia Judicūm, officialiumquè fisci Sanctæ Inquisitionis fuissent concessa dependenter à privilegiis familiarium, officialiumque Sancti Officii; quia tunc auctis, vel revocatis his, illa etiam aucta, & revocata censerentur: *Barbos. d. clausul. 5. num. 8. & 9. vel fuissent concessa per modum causæ fiendæ, id est, in futurum, ut loquuntur Barbos. ubi proximè num. 10. Azeved. conf. 36. num. 6. Mandos. dict. quæst. 6. n. 3. Mart. de clausul. 1. part. clausul. 206. Barbos. in d. cap. nonnullis 25.*

Infertur quinto, quod privilegia concessa Judicibus, & officiis fisci non amittuntur, etsi familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis per non usum sua amitterent privilegia; quia in communicatione privilegiorum non communicatur non usus. Undè aiunt *Rodrigues d. art. 19. Barb. dict. clausul. 5. num. 9.* quod licet religio, cui primo concessa sunt, illis non utatur, & propter non usum ea amittat; tamen alia religio utitur, cui independenter communicata sunt.

Quæro quartū: an confirmatis privilegiis familiarium, officialiumque Sanctæ Inquisitionis confirmata censeantur privilegia Judicium, officialiumque fisci? Distinguendum autem putamus inter confirmationem factam in forma communī, & inter ea, quæ dicuntur ex certa scientia.

36. Primo enim casu, si privilegia essent confirmata in forma communī, negative respondendum esse; quia sicuti per revocationem privilegiorum alicujus non censentur revocata privilegia ad instar, ut suprà diximus; ita per confirmationem privilegiorum alicujus non debent censi confirmata

37. privilegia ad ejus instar concessa, cum cocontrariorum eadem sit disciplina, & pariformis ratio: l. i. in princip. ff. de bis, qui sunt sui, vel alieni juris §. i. Inst. eod. princip. Inst. de tutell. §. plus autem Inst. de actionib. Mandos. de privileg. ad instar q. 7. n. 2.

38. Secundo casu, si confirmatio esset ex certa scientia; aut privilegiato ad instar Princeps concessisset alterius privilegia præsentia; vel præsentia, & futura. Primo casu dicendum est privilegia non intelligi confirmata, quia licet ista confirmatio cum privilegiis habeat, tamen non posset dici illam sub concessione privilegiorum præsentium includi, immo nec sub simplici privilegiorū concessione, quæ ad futura privilegia non protrahitur: Mandos. dict. n.

2. Cujac. de confir. utili cap. 4. Garc. de nobilitat. gloss. i. §. i. à num. 66. & gloss. 21, num. 73. Gatierr. libr. 3. practicar. quæst. 17. num. 41. Gregor. Lopes in l. 2. gloss. 10. & in l. 27. gloss. 2. tit. 18. part. 3. Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 35. ad rubric. cap. 4. & tit. 38. §. 1. gloss. 3. à n. 9.

At si nedum præsentia, sed etiā futura privilegia Princeps concesserit, non dubitamus, quin confirmatis alicujus privilegiis ex certa scientia, etiam privilegia ad instar confirmata censeantur, quia hujusmodi generis confirmatio est quasi nova privilegiorum concessio; adeo, ut confirmans ex certa scientia contra confirmationis naturam dare videatur, ad ea, quæ scribit Barthol. in l. more maiorum ff. de jurisdic. omnium Judic. Dec. super rubricam de confirmation. utili, vel inutili. Mandos. de privileg. ad instar quæst. 7. num. 2. & hujusmodi confirmatio dicitur gratia: Dec. supr. Bald. in cap. cum super de causa possession. & proprietat. quâ de re vindicandus est Barbos. de clausu claus. 59. à num. 1. usque ad 63. & ad tit. de confirmation. utili, vel inutili. Cancer. 3. var. cap. 3. ferè per tot.

Quæro quintū: an concessio 40 privilegiorum Judicium, officialiumque fisci ad instar familiarium, officialiumque Sanctæ Inquisitionis aliquid operetur, si non constet de privilegiis familiarium,

um, officiaumquè , ad quæ fit  
relatio ? Pro cuius quæstionis re-  
solutione concedendum est con-  
cessiones hujusmodi *ad instar* in-  
terdum dici generaliter de privi-  
legiis alteri concessis, ut in specie,  
de qua agimus : quo in casu cer-  
tum est concessionem generalem  
 41 *ad instar* nihil operari, nisi con-  
stet de privilegiis, ad quæ fit rela-  
tio, ut sentit *gloss. in cap. contra*  
*morem in verb. consuetudines dis-*  
*tinction. 100. Mandos. cum aliis*  
*supr. quest. 5. num. 2.* quia privile-  
giorum alienorum, seu exemptio-  
 42 num concessa participatio ad in-  
star importat, ut sortiatur eundem,  
& parem effectum cum aliis,  
ad quæ adæquatur ; quia nisi con-  
stet de relato, nil probat referens:  
latissimè *Parex. de univers. ins-*  
*trumentor. edition. libr. 7. resolu-*  
*tion. 9. per tot. à num. 1. usque ad*  
71.

43 Aliquando verò hujusmodi  
concessiones sunt specialiter de  
aliquo, seu aliquibus privilegiis al-  
teri concessis, illis, eorumquè to-  
tis tenoribus sigillatim specifica-  
tis, additâ tamen clausulâ, *prout*  
*babet*, seu *instar talis*, vel alia si-  
mili ; & in isto casu licet hæc con-  
cessio referat se ad privilegia alte-  
ri concessa, nihilominus operan-  
tur, etiam si non constet de privi-  
legiis, ad quæ fit relatio : *Barthol.*  
*in extravag. ad reprimendam.*  
*Paris. libr. 1. conf. 25. num. 50.* &  
33. *per tot. Mandos. dict. quest. 5.*  
*num. 4. tum*, quia confirmatio pri-

vilegorum ex certa scientia, quæ  
seriose totum tenorem privilegio-  
rum continet, valet, licet de con-  
cessione privilegorum non appa-  
reat, ut cum infinitis *Mandos. n.*  
5. *tum*, quia quando quis condem-  
natur ad aliquid certum solven-  
dum, prout sui Antecessores sol-  
vere consueverunt, tenetur sol-  
vere, licet non appareat, quod  
unquam Antecessores solverint :  
*Barthol. in l. eum qui §. Julianus*  
*ff. de constitut. pecun. cum multis*  
*Mandos. n. 7. tum*, quia si insta-  
tuto referente se ad aliud statu-  
 46 tum inseratur totus tenor statuti,  
ad quod fit relatio, non est neces-  
se, quod constet de illo statuto :  
*Bald. in l. 33. ad fin. Cod. de Epis-*  
*cop. & Cleric. cum infinitis Man-*  
*dos. dict. quest. 5. n. 8. Parex. dict.*  
*tit. 7. quest. 9. per tot. & maximè*  
à n. 20.

Ex quibus ferè omnes scriben-  
tes uno ore concludunt dictiones  
*prout*, vel similes relatives, maxi-  
me in privilegiis, aut in iis, in qui-  
bus potest persona referens de no-  
vo dispónere, conditionem non  
denotare, unde non sit necesse ve-  
rificare illud, ad quod privilegi-  
um, seu alia dispositio se referat,  
dùm tamen ejus tenor inseratur :  
*Roman. conf. 328. & 336. Gramm.*  
*decis. 59. num. 25. Ferretus conf.*  
86. *Natt. libr. 2. conf. 340. n. 17.*  
& *lib. 3. conf. 636. num. 172. Man-*  
*dos. dict. quest. 5. num. 9. ubi infi-*  
*nitos refert, cum infinitis Barbos.*  
*de dictionib. diction. 296. num. 14.*

Surd.

Surd. conf. 366. num. 17. Menoch. supr. num. 6. Bobadilb. libr. 2. conf. 1. num. 64. latè Decian. conf. 58. à num. 61. volum. 2. quod aliter se habet, vel quandò persona referens non potest de novo dispónere, vel quandò in referente tenor dispositionis relatæ totus non inseritur; ex his, quæ latè infinitis citatis docet Barbos. dict. diction. 296. à num. 1. usque 19. ubi latè de vi hujus dictionis prout; Casanete conf. 43. à n. 89. omnino videndus. Afflct. decis. 273. n. 3. & 4. Parex. de univers. instru-  
mentor. edition. tit. 7. resolution. 9. à n. 20.

<sup>48</sup> Quæro sextò: an Judicibus, officialibusquè fisci concessa censemantur privilegia, quæ familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis ex consuetudine extra concessionem acquisierunt? Respondeo affirmativè; quia privilegium non minus consuetudine, quam concessione acquiritur, ut probavimus cap. 16. & 18. & aliis in lo-  
<sup>49</sup> cis; & ita concessa alicui privilegia ad instar alterius communicantur etiam priyilegia consuetudine acquisita: Oldrad. conf. 172. Mandos. de privileg. ad instar gloss. 15. num. 61. ubi plures refert.

<sup>50</sup> Consuetudo autem, ut ex ea privilegium acquiratur, debet esse prescripta; quia illa proprie dicitur consuetudo: capit. cumana de electionib. ubi Barbos. Bald. in l. binos Cod. de advocat. di-  
versor. judic. Mandos. cum aliis

supr. num. 6. Bobadilb. libr. 2. politicor. cap. 10. num. 36. Diann. tom. 9. tractat. 2. resolut. 190. à n. 10.

<sup>51</sup> Quæ autem dicatur consuetudo prescripta, & quod tempus, & actus exigat; tradunt DD. Hispani in l. 5. titul. 2. part. 5. Gutierrez. libr. 2. practic. quest. 73. Bobadilb. dict. capit. 10. num. 27. 40. & 43. Zevalh. quest. 357. Molin. de primogenit. libr. 2. cap. 6. num. 24. ubi Addentes Salgad. in labi-  
rynth. 1. part. cap. 1. §. 2. num. 98. Barbos. in rubr. de consuetudin. ubi Zoz. & Vallenfis, Vella di-  
sert. 3. à num. 28. Garc. de expens. capit. 9. à num. 43. Larr. decis. 2. à num. 19. Gom. in l. 1. Taur. num. 8. Ricc. part. 4. collectan. 1009. Marescot. 2. variar. capit. 100. Diann. tom. 6. tractat. 2. resolut. 2. & 4. num. 3. Menoch. de arbitrar. libr. 2. casu 81. & 83. Mandos. in finis relatis supr. num. 63.

<sup>52</sup> Quæro septimò: an Judicibus fiscalibus, officialibusquè fisci communicentur omnia privilegia familiarium, officialiumquè Sanctæ Inquisitionis, vel tantum ea, quæ tempore concessionis erant in usu? Respondeo communica-  
ri omnia, quæ tempore conces-  
sionis, vel actu, vel potentia in usu  
erant; non vero ea, quæ per desu-  
etudinem erant abrogata, quia  
non dicitur privilegium non esse  
in usu, ex quo actu non est in usu,  
dummodo adsit potentia utendi,  
quæ

quæ occasione eveniente ad actū reduci possit, nam licet privilegium ex non usū decenali amittatur, ex l. i. ff. de nundin. tamen quando non adest occasio utendi per non usum decenalem non amittitur; ad quod optimè facit, quod, qui comedendi potentiam habet, licet actu non comedat, dicitur comensalis; & ita pluribus aliis relatis fundamētis docet *Mādos.* in simili dict. gloss. 15. à n. 42. cum plurib. seqq.

55 Infero ex dictis, quod eodem modo, quo familiares, officialesquæ Sanctæ Inquisitionis non possunt prorogare jurisdictionem, nec foro renunciare; ita similiter Judices, officialesque fisci, quibus ad instar concessa sunt privilegia.

56 Infero etiam, quod eodem modo, quo familiares, officialesquæ Sanctæ Inquisitionis privilegio fori utuntur contra alios; ita & Judices, ac officiales fisci, quia inter duos habentes fori privilegium non confunduntur privilegium, ut in judicio ordinario unus ab altero conveniri valeat, sed potius Reum posse declinare ad forum privilegii, ut docet *Bald.* in authent. habita Cod. ne filius pro patre num. 61. *Monet.* de Conservatorib. cap. 7. num. 345. & 350. *Cancer.* 2. var. cap. 2. num. 22. *Arouc.* alleg. 101. num. 3. *Phæb.* 1. part. arrest. 16. *Fontanell.* de pact. nuptialib. clausul. 4. gloss. 11. n. 83. & nos diximus capit. 18. *Peg.*

ad Ord. libr. 1. tit. 87. §. 45. gloss.

47. n. 56. & 57. Et ratio est, quia in paritate 58 privilegiorum, quandò nullum præponderat, potior est conditio possidentis, & prævalet Reus: *Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3. & libr. 2. titul. 62. §. 1. Giurb. decis. 22. n. 3. cum aliis Arouc. dict. alleg. 101. num. 4.* qui ita tradit judicatum n. 8. *Botilier.* cap. 2. theoremā 75. n. 25.

Nec obstant Cov. practicar. 59 capit. 7. Cabed. 1. part. decis. 54. num. 14. quia loquuntur in casu speciali de duabus viduis in eodem loco commorantibus, quarum una si ab alia conveniatur, & declinare velit ad judicem privilegii, hoc est, ad judicem curiae, sua declinatoria non admittitur, quia malitiose illam allegare censetur alterius vexandæ causâ, ut faceret illam extra domicilium peregrinari, ut his formalibus verbis respondet *Arouc.* supr. n. 5.

Sub infero parificatos esse duos 60 casus, in quibus semper in foro privilegiati Rei causa agitanda est: primus, si actor non habens privilegium velet litigare adversus Reum privilegiatum: secundus, si privilegiatus agere velit adversus Reum habentem idem privilegium, ut probat *text.* in l. Magisteriæ 6. *Cod. de jurisdic.* omnium judic. *Arouc.* supr. num. 8. & 7.

Unde si Judex fiscalis, aut officialis

- 62 cialis fisci velit agere contra familiarem , aut officialem Sanctæ Inquisitionis , vel è contra coram judice privilegii Rei agere debet , sive agat civiliter , sive criminaliter ; quia cum sint æqualiter privilegiati , præponderat privilegium Rei à parte agentis de damno evitando : quia privilegiatus utitur privilegio contra alterum pri-
- 63 vilegiatum , quandò unus tractat de damno , & alter de lucro : *Conciol. alleg. 77. n. 25. & 79. num. 41. 42. 43. & 44. Barbos. axiom. 190. n. 2. Marescot. 2. var. cap. 98. n. 15. & nos diximus cap. 18.*
- 64 Tandem ut unico verbo materialm hujus capitinis concludamus , semotâ formidine regulam generalem in materia damus , quod omnia , quæ circa privilegia familiarium , officialiumquæ Sanctæ Inquisitionis reddimus , applicanda sunt Judicibus , officialibus quæ fisci .

## C A P U T XXIV.

Familiares , officialesquæ Sanctæ Inquisitiones an , & quandò privilegium amittant , & quibus ?

## SUMMARIUM.

- 1 *Privilegia variis modis amittuntur.*
- 2 *Morte privilegiati amittitur privilegium.*
- 3 *Mandatum morte mandantis*

- finitur.
- 4 *Privilegia Principis perpetua sunt.*
- 5 *Gratiæ , & favores morte concedentis non expirant.*
- 6 *Per abusum amittitur privilegium.*
- 7 *Privilegia concessa ad tempus , eo transacto deficiunt.*
- 8 *Cōtraventione amittitur privilegium.*
- 9 *Ex delicto.*
- 10 *Ex non usu.*
- 11 *Præscriptione.*
- 12 *Excessatione causæ ipsius privilegii.*
- 13 *Si incipiat esse valde damnum.*
- 14 *Per sententiam.*
- 15 *Per secundum specialem faciens mentionem de primo.*
- 16 *Per renunciationem.*
- 17 *Per revocationem.*
- 18 *Referuntur DD. de materia tractantes.*
- 19 *Morte cōcedentis an expirent privilegia familiarium , officialiumquæ Sanctæ Inquisitionis ?*
- 20 *Resolvitur negativè.*
- 21 *Gratia semel obtenta , morte concedentis non expirat.*
- 22 *Privilegiū gratiæ species est.*
- 23 *Concessa ad beneplacitū , morte concedentis expirant.*
- 24 *Privilegium , de quo agimus , est favorable.*
- 25 *Privilegia odiosa morte concedentis expirant secundum aliquos.*

26 *Gratia*

- 26 Gratia, ut facia est, habet per-  
fectum effectum.
- 27 Gratia de eligendo confessore  
ad libitum, morte concedentis  
non expirat.
- 28 Morte familiarium, officialium-  
quæ, an expirent privilegia,  
quoad uxorem, & filios?
- 29 Resolvitur affirmative.
- 30 Privilegium patroni, patris, so-  
cii morte expirat.
- 31 Privilegium muneri concef-  
sum, extinguitur extincio  
munere.
- 32 Familiares, officialesque per a-  
busiōnem amittunt privilegia.
- 33 Princeps potest privilegia Ba-  
ronum cassare, si eis abutan-  
tur.
- 34 Abusus propriè significat defe-  
ciūm in usū privilegiī.
- 35 Consistit in extentione extra li-  
mites ipsius.
- 36 Vel quando ex eo accipitur oc-  
casio peccandi
- 37 Beneficiatus privilegiatus stu-  
diorum causâ, abutitur privi-  
legio defiendo studio.
- 38 Clerici conjugati laicè viventes  
amittunt privilegia.
- 39 Hujusmodi abusus culpabiles  
sunt, & punibiles.
- 40 Non semper in universum amit-  
tuntur.
- 41 Sed prout culpa postulaverit.
- 42 Et amittitur in illo adū, in quo  
abutitur.
- 43 Lapsu temporis familiares, of-  
ficialesque non amittunt pri-  
vilegia.
- 44 Lapsu temporis regulariter  
amittuntur privilegia.
- 45 Familiares, officialesque Sacer-  
dotum Inquisitionis per cōtractatio-  
nem non amittunt privilegia.
- 46 Familiares, officialesque ob  
aliqua delicta privilegio pri-  
vantur.
- 47 In criminis tabaci privilegio non  
muniuntur.
- 48 Senator quando ob delictum pri-  
vilegium amittit.
- 49 Ex non usu an privilegia amit-  
tant?
- 50 Privilegium faciendi, ex non  
usu per decennium amitti-  
tur.
- 51 Limitatur, quando non venit  
casus.
- 52 Quando quis ignoravit se ha-  
bere privilegium.
- 53 Nisi transacti sint triginta  
anni.
- 54 Quando quis ex legitimo impe-  
dimento usus non est.
- 55 Quando ei, qui privilegium con-  
cessit, solvit annua pensio.
- 56 Quando facultas faciendi rotat-  
liter est posita in arbitrio privi-  
legiati.
- 57 Quando privilegium non est  
concessum uti quibus, ut singu-  
lis, sed ut universis.
- 58 Tunc tot sunt personæ, quot  
consentur concessiones.
- 59 Quando privilegia tendunt ad  
exceptionem.
- 60 Quando privilegiata est Ec-  
clesia.
- 61 Quando privilegium est pecu-  
nia

- 61 ma quæsum. e causa  
62 Quando remunerationis causa  
est concessum.
- 63 Privilegium non faciendi ex cō-  
trario usu amittitur.
- 64 Sive adius contrarius sit factus  
a Principe, sive a personis  
singularibus.
- 65 Privilegium de facili amitti-  
tur.
- 66 Privilegium ex contrario adiū-  
de dā ignanter factio non perdi-  
tut.
- 67 Scientia non præsumitur.
- 68 Nec amittitur, quando quis nō  
recordatus de privilegio adiū  
contrarium fecit.
- 69 Nec quando in privilegio adest  
se mōta decretum irritans.
- 70 Nisi Privilegium solum favorē  
privilegiati concerneret.
- 71 Nec quando cum protestatione  
contrarius adiū operatur.
- 72 Vel quando adiū contrarius  
effectum sortitus non fuit.
- 73 Aut quando ex dispensatione  
contravenit.
- 74 Sive ex amissionet resultarei  
præjudicium concedemii.
- 75 Privilegio quis in præjudicium  
Principis concedenii renun-  
ciare potest.
- 76 Privilegium habens effectum  
successivum, & reiterabile,  
ex contraventione in univer-  
sum non tollitur.
- 77 Requiritur tunc continuatio ac-  
tuum per triginta annos.
- 78 Nisi contraventio esset univer-  
salis.
- 79 Privilegiatus ad plura contra-  
veniens uni privilegio, alte-  
rum non amittit.
- 80 Privilegiatus quoad diversas  
personas, si quoad unam con-  
traveniat privilegio, quoad  
alias privilegia retinet.
- 81 Vel quando contraria præsum-  
ptio capi possit.
- 82 Aut quando quis coadie privi-  
legio contravenit.
- 83 Vel privilegium est consuetudi-  
ne acquisitum.
- 84 Tunc nec bona contraventione  
amittitur.
- 85 Nec quando adiū contrarius  
fit pereum, qui privilegio re-  
nunciare.
- 86 Nisi transadiū quadraginta  
annis.
- 87 Cives contravenientes privile-  
gio civitati non præjudicat.
- 88 Nec Clerici statu clericali.
- 89 Ex adiū contrario non amit-  
tunt familiares, officialesque  
Sanciæ Inquisitionis privile-  
gia.
- 90 Privilegia primario Sancio Of-  
ficio sunt concessa.
- 91 Per contraventionem indire-  
ctum privilegium non amittit-  
tur.
- 92 Privilegiatus ad munera pu-  
blica acceptans aliquod, non  
idē denuo invictus, accepta-  
re cogitur.
- 93 Unica contraventio in adiūbus  
successivis non facit amittere  
privilegium.
- 94 Contrarius adiū nihil operatur,  
ubi

- ubi alia præsumptio capi potest.
- 95 Privilegium momentancum unicam cōtraventione amittitur.
- 96 Privilegiū, quo quis large uti poterat, ex stricto usu restrin-  
gitur.
- 97 Consuetudo, & modus, quo quis utitur privilegio, illud ampli-  
at, & restringit.
- 98 Ex stricto usu privilegium non restringitur, quando non even-  
nit casus utendi largè.
- 99 Ad retinendū jus sufficit apti-  
tudo, & potentia.
- 100 Privilegium ex renunciatione expressa, seu tacita amittitur.
- 101 Ex hac causa familiares, of-  
ficialesquè Sanc*tæ* Inquisi-  
tionis privilegia non amittunt.
- 102 Sub generali renunciatione an-  
veniant privilegia?
- 103 Familiares, officialesquè San-  
ctæ Inquisitionis eo ipso, quod tales esse desierint, amittunt  
privilegia.
- 104 Privilegium concessum perso-  
næ intuitu alicujus ministerii, cessat eo cessante.
- 105 Familiares, officialesquè amittunt privilegia, cessante  
causa ipsorum.
- 106 Cessante causa privilegii, ces-  
sat privilegium regulariter.
- 107 Destruccióne sacro Tribunalis Fi-  
dei familiares, officialesquè  
privilegia amittunt.
- 108 Destruccióne loco, aut Universi-
- tate, cuius intuitu faciunt conces-  
sa, privilegia ipsa de-  
truiuntur.
- 109 Per suspensionem ad tempus non cessant privilegia.
- 110 Familiares, officialesquè, qui suā culpā ministerium suo deficiunt, privilegium amittunt.
- 111 Privilegia cōcessa ratione ali-  
cujus ministerii, cessant quādo culpa privilegiati cessat ministerium.
- 112 Privilegium concessum familiari-  
bus intuitu domini ces-  
sat, si familiares decesserint à servitio domini.
- 113 Proprietarii nō servientes offi-  
cia, privilegia eorum non re-  
tinent: sed serventuarii.
- 114 Per revocationem an cessent  
privilegia familiarium, offi-  
cialiumque Sanc*tæ* Inquisi-  
tionis?
- 115 Privilegia ob merita concessa transeunt in contrarium, &  
revocari non possunt.
- 116 Privilegia familiarium, offi-  
cialiumque Sanc*tæ* Inqui-  
sitionis ob merita cōcessa fue-  
runt.
- 117 Prædicta privilegia secundū  
plures sunt Ecclesiastica.
- 118 Privilegia Ecclesiastica  
Principe seculari revocari non possunt.
- 119 Ad privilegia semel conces-  
sa revocanda justa causa re-  
quiritur.
- 120 Regum proprium est non revo-  
care

- care concessa.
- 121 Nulla causa excogitari potest, quæ legitima sit ad revocanda privilegia Sanctæ Inquisitioni concessa.
- 122 Hujusmodi privilegia contra-  
et tacito concessa fuerunt.
- 123 De illis est afferendum, quod de privilegiis ex contractu concessis judicatur.
- 124 Princeps ex contractu non minus obligatur, quam privatus.
- 125 Istius modi privilegia à pluribus Principibus fuerunt concessa, & confirmata.
- 126 Privilegia ab Antecessoribus concessa revocare honestum non est.
- 127 Privilegia Antecessorum favore Ecclesiae concessa successor continuat, & confirmat.
- 128 Privilegia Antecessorum Imperatorum piis locis concessa, in nobore suo bonus Imperator relinquit.  
Præserit si in contradicuum transferunt: ibid.
- 129 Successor in regno tenetur servare contractus nomine dignitatis gestos.
- 130 Regnum semper est unum, & idem.
- 131 Privilegium concessum non subdito revocari nequit.
- 132 Privilegium non subdito cōcedi valet, sed non revocari.
- 133 Revocare est adiudicatio, quæ exerceri non potest in non subdum.
- 134 Ideo nec dispensare in præjudicium non subditi, etiam cum justa causa, Princeps potest.
- 135 Privilegia concessa collonis, & inquilinis Ecclesie, & Monasteriorum à Princepe sacerdotali, ab eo revocari non possunt.
- 136 Privilegia hujusmodi immediate ministerio Sancti Officii fuerunt concessa, & immediate familiaribus, officialibusque.
- 137 Princeps non solum potest privilegia à se data moderare, sed in totum tollere.
- 138 Privilegium Principis non est servandum, quando ex post facto incipit esse damnosum.
- 139 Et si non subdito sit cōcessum.
- 140 Privilegium immunitatis decimarum revocatur, quando prærogatiatus tot acquirit prædia, pro quibus si non solveret, Ecclesie grave damnum resultaret.
- 141 Privilegium exemptionis à procurationibus concessum Clericis alicuius loci non est servandum, casu, quo ita multiplicati essent, quod procurationes in ubi forkerent.
- 142 Traditur bona disfunctio in re, de qua agitur.
- 143 Princeps ex justa causa potest ad tempus tollere, & suspendere privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquisitionis.

- 144 *Keluti si inceperint esse nociva.*
- 145 *Kel si tanta urgeat necessitas, ut aliter subveniri non possit.*
- 146 *Privilegium de non solvendis decimis extinguitur, si ministri Ecclesiæ indigeant.*
- 147 *Privilegia à Principe sacerdotali Ecclesiæ, & piis locis concessa ab ipso possunt tolli, & immutari.*
- 148 *Non præsumitur Principem uno verbo voluisse revocare privilegia.*
- 149 *Revocatio, aut est expressa, aut tacita.*
- 150 *Per legem generalem abrogantur privilegia in corpore juris inserta, non vero non inserta.*
- 151 *Princeps non præsumitur scire jus privatum.*
- 152 *Revocatio facta per legem generalem tunc operatur effectum, quando lex est sufficienter promulgata, & est transactum tempus necessarium ad obligationem.*
- 153 *Revocatio tacita etiam fit per mandatum particulare, & quomodo.*
- 154 *Rescriptum contra jus commune non valet, nisi de eo audiatur mentionem faciat.*
- 155 *Fit etiam per sententiam, & quomodo.*
- 156 *Et etiam per novum privilegium.*
- 157 *Secundum privilegium non faciens mentionem de primo*
- 158 *Sive utrumque sit generale, sive speciale.*
- 159 *Generale prius non tollitur per secundum speciale, quod de primo non facit mentionem.*
- 160 *Princeps concedendo generalem favorem non censetur sibi auferre facultatem aliqui specialiter elargiendi.*
- 161 *Expressa revocatio quomodo fiat.*
- 162 *Privilegia clausa in corpore juris non sunt privilegia, sed jus commune.*
- 163 *Jus commune revocatum non censetur ex clausula non obstantibus.*
- 164 *Sed indiget specialissimâ derogatione.*
- 165 *Attento nostro Lusitano jure jus commune non revocatur per clausulam non obstantibus legibus in contrarium.*
- 166 *Quæ de jure communi sufficiebat, nisi forma legis aliter se haberet.*
- 167 *Privilegia non inserta in corpore juris per clausulam non obstantibus privilegiis tolluntur.*  
Facilius tolluntur jure speciali introducia, quam jure communi stabilita: ibid.
- 168 *Nisi hujusmodi privilegia habeant clausulam derogatoriam ad futura privilegia, requirantque specialem mentionem.*

- 169 *Vel nisi sint à pluribus Princibus confirmata.* revocat secundum ipsius privilegii naturam.
- 170 *Aut quando in concessione adjecta est clausula, quod non possint revocari.* 187 *Aut quando jurisdictionalia concessit.*
- 171 *Aut privilegium est concessum ratione publicae utilitatis, quæ exemplificatur.* 188 *Princeps privilegia non subdito concessa revocare non potest.*
- 172 *Aut est ratione contractus concessum.* 189 *Nisi jurisdictionalia concessisset.*
- 173 *Tunc enim nec ex ingratitudine valet revocari.* 190 *Vel privilegium ex post factio enormiter lœdit.*
- 174 *Similiter si non subdito est concessum.* 191 *Aut privilegium sit re integra.*
- 175 *Ex clausula non obstantibus privilegia familiarium, officialiumque non revocantur.* 192 *Similiter quando concurrit justa causa cum privilegio gratuito.*
- 176 *Non subsistente justa causa Princeps privilegia concessa revocare non potest.* 193 *Pariter quando agitur de modico præjudicio.*
- 177 *Nisi privilegia essent mera liberalitate procedant.* 194 *Revocatio privilegii requirit intimationem, vel quod ad notitiam partis deveniat.*
- 178 *Ad quæ revocanda generalis revocatio sufficit.* 195 *Quando Princeps ex justa causâ privilegia irrevocabilia revocat, ad æquipolens tenetur.*
- 179 *Gaudentes similibus privilegiis illa præcario censentur habere.* 196 *Sicut quando revocat dominium, tenetur ad premium.*
- 180 *Siccūs est dicendum circa privilegia pecunia obtenta, vel obmerita concessa.* 197 *Revocatio ad futuros tantum, non ad præteritos causus privilegii pertinet.*
- 181 *Tres in materia dantur conclusiones.* 198 *Princeps non præsumitur voluisse statutum Civitatis tollere.*
- 182 *Princeps privilegium suum gratiosum revocare potest.* 199 *Princeps concedens facultatem legitimam non obstantibus quibuscumque legibus, statuta Civitatis non derogat.*
- 183 *Non verò non gratiosum.* 200 *Et si dixerit non obstantibus quibuscumque constitutitionibus.*
- 184 *Nec quod non revocare promisit.* 201 *Vel addatur clausula motu proprio.* 202 *Ni-*
- 185 *Nisi feudum, vel aliam rem præcario concessit.*
- 186 *Vel quando conventionem suā*

- 202 *Nisi in privilegio expressa sit clausula pro expressis habentes.*
- 203 *Quæ vim specialis expressio-nis habet.*
- 204 *Idem est dicendum, quandò Princeps scivit, vel saltem in genere cogitavit extare statuta Civitatis.*
- 205 *Privilegia ad incogitata non extenduntur.*
- 206 *Ex secundo privilegio non faciente mentionem de primo, derogatum primum non censem-tur.*
- 207 *Concessio generalis non refer-tur ad ea, in quibus speciali-ter est provisum.*
- 208 *Privilegium generale subse-quens non derogat privilegio speciali.*
- 209 *Privilegium alicui concessum non debet alterius privilegiis operari revocationem.*
- 210 *Privilegium generale non tra-bitur ad ea, quæ Princeps nō effet in specie concessurus.*
- 211 *Eo vel maxime, si primum pri-vilegium habeat clausulam derogatoriam.*
- 212 *Aut si secundum speciale tolle-ret in totum generale.*
- 213 *Vel primum sit generale, & secundum speciale, aut ē con-tra, vel utrumque sit genera-le, vel speciale.*
- 214 *Sive ex primo privilegium sit acquisitum jus in re, sive tantum ad rem.*
- 215 *Quid sit jus in re, & quid jus ad rem.*
- 216 *Quando primum privilegium est conforme juri communi, tollitur per secundum, etsi de eo nulla mentio fiat.*
- 217 *Id est afferendum, quando pri-mum privilegium est insertum in corpore juris sed non quoad nos.*
- 218 *Similiter quando primum est obreptium.*
- 219 *Vel quando primum effet mul-tum vulgare.*
- 220 *Princeps præsumitur scire, quæ à jure civili constituta sunt.*
- 221 *Parimodo, quando Princeps concedendo secundum cogi-tavit de primō.*
- 222 *Aut quando secundum quo ad parām derogat primum.*
- 223 *Ita de rescripto.*
- 224 *Primum tollitur per secundum, quando in eo adjecta est clau-sula non obstantibus quibuscumque privilegiis, etiam si de illis opus effet specialem mentionem facere, quo-rum tenores de verbo ad ver-bum haberi volumus pro ex-pressis.*
- 225 *Hoc procedit, quando hoc fit per legem generalem quo ad privilegia non inserta in jure.*
- 226 *Vel per viam alterius privile-gii, quo ad ea, quæ non fuse-rint in corpore juris, non quo ad clausa in juris corpore.*
- 227 *Clausulæ utriusque privilegii sunt ponderandæ.*
- 228 *Si*

- 228 Si verò clausule utriusque sint paris efficaciæ, tunc distinguendum est.
- 229 Privilegio renunciare quis non præsumitur.
- 230 Renunciatio est donatio, quæ non præsumitur.
- 231 Per actum contrarium privilegii illi censetur renuntiatum.
- 232 Quoad personam actum facientem.
- 233 Et quoad illum tantum actum.
- 234 Ni fiat ab eo, qui privilegio renunciare non potest.
- 235 Tradūtur alii modi, in quibus sibi non præjudicant privilegiati ex actibus contrariis.
- 236 Privilegia an ex defecu confirmationis amittantur?
- 237 Familiares extranumerarii nullo hodie fruuntur privilegio.
- 238 Fundans se in aliqua qualitate eam probare compelluntur.
- 239 Satiis est pauca idonea effundere, quam multis inutilibus homines prægravare.

legium morte concedentis; quia privilegia Principis perpetua sunt, & docet esse mansura *Can. i.*, § 4  
 223. quest. 2. cap. decet de Reg. jur. in 6. sunt enim favoris, & gratiæ, quæ morte concedentis non extinguentur; ut colligitur ex cap. sicui nulla de *Præbend.* in 6. Se-  
 cundo per abusum, si privilegiatus suo privilegio abutatur, aut aliorum privilegiis derogat: cap. dilecta. cap. privilegia 24. de Privileg. Tertio lapsu temporis, quo 7  
 privilegium constitutum est, ex l. quoties Cod. de Precib. Imperatoris offerend. Quartò, si privilegiatus contravenerit suo privilegio. Quinto per delictum. Sex-  
 to, si datum sit ad faciendum ali-  
 quid, coquè per decennium non utatur privilegio data facultate, 10  
 & occasione: l. 2. ff. de Nundinis. Septimò contrariâ prescriptione  
 triginta ut quadraginta annorum: 11  
 cap. si de Terra, cap. antecedentibus 15. de Privileg. Octavò ces-  
 fante ex toto causâ finali: cap.  
 cum cessante de Appellationib. No-  
 nò, si incipiat alicui esse perni-  
 ciosum, maximè ei, in cuius bo-  
 num dactum est: cap. suggestum  
 de Decimis. Decimò per sententiam 14  
 latam contra privilegium in judicio  
 exhibitam, à qua non fuit appelle-  
 latum; argumento textus in cap.  
 suborta de Sentent. , & rejudicat  
 Undecimò, privilegium speciale 15  
 prius tollitur per speciale pos-  
 terius faciens mentionem de prio-  
 ri: cap. cum ordinem de Rescriptis

**V**ariis modis privilegia amittuntur, quos breviter narrabimus, & de unoquoque pos-  
 te latius, agemus. Primo amittit-  
 tur privilegium morte privilegiati, si sit personale, ex cap. pri-  
 vilegium de Regul. jur. in 6. cæ-  
 rum licet mandatum morte man-  
 dantis finiatur, non tamen privi-

16 tis. Duodecimò per renunciatio- de præbend. in 6. est enim privile- 22  
 nem tacitam, vel expressam. Deci- gium species gratiæ, & ad dona-  
 mo tertio per revocationem: quos tionem spectat, quæ non cessat  
 17 modos trādunt Andreas de Val- morte donantis: Zœz. *supr. num.*  
 lensis, Henricus Zœz. *in parat.* 30. & *supr. diximus n. 4.* nisi ad be 23  
*ad libr. 5.* *Decretalium titul.* 33.  
 neplacitum, vel quandiu vixerit,  
 18 *de privileg.* Castilb. *de tertiiis* aut voluerit concedens, sit conces-  
*cap. 19.* *num. 33.* Salgad. *de reg.* sum; quia hæ clausulæ solâ morte  
*protection.* 3. *part. capit.* 10. à concedentis expirare faciunt pri-  
*num. 100.* Barbos. *de offic.* & po- vilegia: Zœz. *ad Decretales tit. de*  
*test. Episcop.* *allegat.* 26. à *num. 10.* 4. *Suar. de legib. libr. 8. cap. 30.*  
 & in *cap. 8.* *de constitutionib.* Gi- latè Barbos. *clausulâ 3. & 6. per*  
 urb. *conf.* 59. à *num. 8.* Cyriac. tot. ubi latè de naturâ harum clau-  
*controv.* 57. 155. & 158. Solorz. sularum.  
 tom. 2. *de jur.* Indiar. *libr. 3. ca-*  
 pit. 9. à *num. 9.* Julius Caponius Eo vel maximè, quia cum privi- 24  
 tom. 2. *discept.* 91. *artic.* 1. Mol- legium, de quo agimus, sit favora-  
 lin. *de primog.* *libr. 2. capit.* 7. bile, ut sæpè diximus, & nullus sit Doctor, qui afferat privilegia fa-  
*num. 71.* ubi Addentes Grac. *de* vorabilia morte concedentis ex-  
*nobilit.* *gloss.* 1. §. 1. à *num. 79.* & pirare, licet non defuisse affir-  
*gloss.* 6. per tot. Bobadilb. *libr.* mantes privilegia odiosa morte  
*5. politicor.* *capit.* 10. & quam- concedentis expirare, & quia res  
*plurimi alii in discursu referendi.* jam non sit integra, cum privile-  
 Cardos. *in prax.* *Judicium verb.* gium suæ executioni tradantur: undè  
*privilegium Peg. ad princip. Ord.* non potest in præsenti adaptari 25  
*libr. 2. tit. 25.* *num. 4.* Pereyr. *in* sententia eorum, qui dixerunt  
*sua Academiâ libr. 3. disp.* 1. à q. morte concedentis expirare pri-  
 3. usque ad 7. vilegia, quæ tempore mortis sunt  
 19 His præhabitis quæro primò: re integrâ; ultra quod, hæc senten-  
 an privilegia familiarium, offi- tia vera non est, quia gratia, ut facta  
 cialiumquæ Sanctæ Inquisitionis est, habet perfectum effectum, nec  
 morte Regum concedentium ex- distinctio, res integrasit, nec ne, in 26  
 pirent? Respondeo negativè: eâ locum habet; quia *text.* in *cap.*  
 quia privilegium semel ritè acqui- licet. *cap. relatum.* *cap. gratum de*  
 situm non cessat, nec dimittitur offic. *Deleg.* loquuntur in rescrip-  
 morte concedentis per se ex regu- tis justitiae, in quibus locum habet  
 lâjuris, quod gratia semel obten- prædicta distinctio; & *text.* in *cap.*  
 ta non cessat per mortem conce- 21 dentis: *cap. super gratia de offic.* si cui nulla de præbend. in 6. loqui- 27  
 Dellegat. *capit.* si cui nulla 31. tur de gratiâ faciendâ, & non fa-  
 -olviq

cta: *Suar. dict. lib. 8. cap. 31.* ubi  
ait, quod si alicui detur licentia  
eligendi pro libito confessarium,  
gratia ista etiam mortuo conceden-  
te ante electionem non expirat:  
*text. in capit. gratiose de re- script. in 6. ubi Barb. à n. 1. usque ad 10.*

**28** Quæro secundò : an morte  
familiarium , officialiumquè San-  
ctæ Inquisitionis expiret privile-  
gium ? Quoad ipsos , & eorum  
viduas , ac filios , filiasquè , to-  
taliter extingui abundè dixinus  
**29** *cap. 6. & cap. 7.* ita ut ad hæredem  
non pertineat ; nam secundum re-  
gulam juris in omnibus causis id  
servatur , ut ubi personæ condi-  
tio locum facit beneficio , ibi des-  
ciente eâ , beneficium quoque de-  
ficiat , ex *l. in omnibus ff. de re-*  
**30** *gul. jur.* Tale est privilegium com-  
petentiae , quod habet pater , pa-  
tronus , socius , donator , maritus ,  
*ex l. sunt qui 16. l. item miles ff. de re*  
*judicat. l. maritum 12. cum*  
**31** *seqq. ff. solut. matrim.* Dignitati  
item , aut muneri si adnexum sit  
privilegium , & defungatur dig-  
nitate , Praelatus isto exiuitur ,  
quia dignitati adhæret: *Ord. libr.*  
*2. titul. 59. in princip. ubi Peg.*  
*gloss. 2. à num. 10. Bobadilh.*  
*libr. 5. politicor. capit. 6. Sal-*  
*gad. de reg. protect. 3. part. ca-*  
*pit. 11. Solorz. libr. 4. politicor.*  
*cap. 1. Olea decession. jur. titul. 6.*  
*quaest. 2. & 3. per tot. latè Xamar.*  
**32** *de officio. Judic. 2. part. quaest. 2. à*  
*num. 49.*

Quæro tertio : an familia-  
res , officialesquè Sanctæ Inquisi-  
tionis privilegiis suis abutentes  
illa amittant ? Respondeo af-  
firmativè ; quia , ut inquit *text.*  
*in capit. tuarum 11. de privi-*  
*leg. qui privilegiis abutuntur ,*  
*privilegia merentur dimittere :*  
*consonat text. in cap. ubi 24. in*  
*princip. eodem titulo cap. contin-*  
*gerit 2. de sentent. & re judicat. l.*  
*siquis sine 40. ff. de negoc. gest. Es-*  
*cobar. de puritat. 2. part. gloss.*  
*8. num. 3. Barbos. in dict. cap. tua-*  
*rum num. 25. Suar. de legib. libr.*  
*8. cap. 36. Cancer. 3. variar. cap.*  
*3. n. 83. ubi ait Principem posse*  
privilegia Baronum cassare , si  
eis abutantur: *Bobadilh. libr. 5.*  
*politicor. capit. 10. num. 21. Bar-*  
*bos. infinitis relatis in cap. 43. de*  
*re script. Zoez. supr. num. 38. Gon-*  
*sales in reg. 8. gloss. 56. à num. 1.*  
*Themud. decis. 2. num. 12. Cabed.*  
*2. part. arest. 3. infinitos citat.*  
*Peg. ad Ord. libr. 2. titit. 45. §. 7.*  
*gloss. 19. num. 3. & tit. 2. in prin-*  
*cip. à num. 4. & titul. 29. §. 2. & 3.*  
*& titul. 25. in princip. num. 4. cum*  
*infinitis Contiad. decis. 208. num.*  
*18. Abusus propriè significat*  
defectum in ipso usu privilegi ,  
vel in his , quæ illud concernunt ,  
idquæ per expressum utendo  
privilegio ultra ejus limites , alio  
tempore , loco , in materia per-  
sonæ non concessis : *Canon ubi 45*  
*7. distinct. 74. Canon privilegium*  
*11. quaest. 3. aut etiam ex causa*  
privile-

36 privilegii quis accipit occasio-  
nem peccandi, ex capit. contin-  
git 45. de sentent. excommuni-  
cation. ubi Barbos. vel ejus fini  
37 repugnat per pravos mores. Sic  
beneficiatus, privilegiatus, absens  
studiorum causâ, studium negli-  
gens, vel aliâs contra finem privi-  
legii peccans dicitur abuti pri-  
vilegio, text. in capit. 3. de sta-  
tu Monachor. capit. ex parte de  
Cleric. conjugat. ubi Barbos. &  
communiter DD. capit. 1. eodem  
titul. 1. in 6. ubi Clerici conjuga-  
38 ti laicè viventes privilegio Cleri-  
cali, quod habetur in capit. ex  
parte 27. de privileg. Tridenti-  
num de reformation. sect. 13. ca-  
pit. 6. ubi Barbos. Peg. in locis  
proximè citatis. amittunt privile-  
gium.

39 Sunt autem hujusmodi abu-  
sus culpabiles, ut merito punian-  
tur abutentes, ex 1. Iudeos ff. &  
Cod. de Judæis cap. privilegium  
63. 11. quæst. 3. l. 42. tit. 18. part.  
3. Gratian. forens. capit. 186.  
non semper tamen in universum,  
40 & quoad totalem amissionem, ut  
patet ex text. in cap. cum in cun-  
ditis 7. de election. ubi latè Bar-  
bos. & Gonsales, ubi tantum  
41 in illo actu quis amittit privilegi-  
um, nec semper in perpetuum, ut  
resolvit Ord. libr. 2. titul. 45. §. 7.  
judicatumque tradit Cabed. 2. p.  
arest. 3. & decis. 9. n. 8. Barbos.  
ad Ord. d. §. 7. Fragos. de regim.  
Reipubl. 1. part. libr. 3. disput.  
7. num. 42. Hermosillo. in l. 3. tit.

5. part. 5. gloss. 5. num. 3. Spadas.  
in theatr. individuali disquisition.  
7. num. 14. sed prout culpa pos.  
tulaverit, nec regulariter ante  
sententiam declaratoriam, ex dict.  
Canon. ubi 7. dist. 74. Zoz. supr.  
n. 38.

Quæro quartò: an familia-  
res lapsu temporis amittant pri-  
vilegia? Respondeo negativè; quia  
licet privilegia, quoad tempus  
concessa, eo lapsu finiantur, ex  
Ricc. part. 6. collectan. 2281.  
Castejon in alphabetic. jur. verb.  
privilegium num. 9. tamen cum  
privilegia familiarium, officiali-  
umquæ Sanctæ Inquisitionis non  
sint ad tempus concessa, sed in-  
definitè, nullo temporis lapsu a-  
mittuntur.

Quæro quintò: an familiares,  
45 officialesquæ contravenientes suo  
privilegio illud amittant? Respon-  
deo negativè: nam licet regula sit,  
quod contraveniens privilegio suo  
illud amittit, ut infra apparebit;  
familiares tamen, officialesquæ  
Sanctæ Inquisitionis privilegium  
non amittunt; quia non ipsis, sed  
ministerio Sancti Officii, fuit con-  
cessum, ut latè diximus cap. 19. &  
infra dicemus.

Quæro sextò: an familia-  
res, officialesquæ Sanctæ Inqui-  
sitionis ob crimen privilegium  
amittant? Respondeo, quod si  
familiares, officialesquæ Sanctæ  
Inquisitionis committant crimi-  
na, de quibus capit. 13. & 14.  
privilegio fori non gaudent, non  
quia

47 quia privilegia amittant, sed quia, quoad ea, privilegium non habent, nec quoad crimen tabaci, prout observatum vidi contra quendam officialem continuum Sanctae Eborensis Inquisitionis; & contra militem judicatum tradit Peg. ad

48 Ord. libr. 2. tit. 47. ad rubric. glos. l. n. 72. qui ad Ord. lib. 2. tit. 59. §. 10. gloss. 12. n. 3. & 4. docet Se-

natorem propter crimen aliquan-

dò privilegium amittere.

49 Quero septimò: an ex non usu familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis privilegia amittant? Cui dubio ut plenè satisfa-

ciam, tres conclusiones cum suis

limitationibus proponam:

50 Prima conclusio sit: quod pri-

vilegium, quo datur facultas ali-

quid faciendi, ex non usu per de-

cennium amittitur, ut probatur

ex l. 1. ff. de unidinis, in qua sunt

unanimes omnes DD. de quib. n.

8. & quæ procedit in omnibus ca-

fibus, quæ considerari possunt,

exceptis sequentibus.

51 Primus, quandò non venit ca-

sus utendi privilegio; quo in casu

privilegium per non usum non a-

mittitur, ut infinitis relatis docet

Mandos. de privileg. ad instar

gloss. 15. num. 91. & nos diximus

n. 10. etiam superius isto

52 Secundus est, quandò quis igno-

ravit se habere privilegium; ar-

gumento text. in l. is, qui usum

fradunt ff. quib. mod. usus frad.

amittat. ubi Bald. & Alberic.

53 Mandos. supr. num. 12. qui n. 13.

hoc intelligit, nisi elapsi sint tri-

ginta anni.

Tertius est, quando quis ex 54

aliquo legitimo impedimento suā

culpā non causato privilegio uti

non potuit, ut notant DD. ad

text. in l. & Attilicinus ff. de ser-

vitutib. cum plurib. Mandos. dict.

gloss. 15. num. 11. Hortigas in

patrocinio pro Cesare part. 3. n.

9. ubi cum Jason. Padilb. & aliis

asserit non posse dici, amisisse pri-

vilegia per non usum illum, qui

non usus est privilegio, quia est

legitime impeditus: cap. Abbate

25. de verbor. significat. ubi Bar-

bos. n. 12.

Quartus est, quando ei, qui 55

privilegium concessit, solvit an-

numa pensione ratione privilegii con-

cessi: Mandos. supr. n. 10. Bald.

de prescriptionib. in quarta parte

quartæ partis q. 4.

Quintus est, quando facultas 56

faciendi totaliter est posita in ar-

bitrio privilegiati, veluti, si Prin-

ceps alicui facultatem concéde-

ret, quod in flumine molendinum

ad ipsius privilegiati beneplaci-

tum constitüere posset: Mandos.

supr. multis relatis num. 14. & 15.

sed in hoc casu puto distingui o-

portére, an arbitrium, seu libera

facultas privilegiato concessa, re-

feratur ad privilegium, an ad tem-

pus: ut primo casu, veluti, si di-

ctum esset, concedimus privile-

giūm construendi molendinum, si

volueris, vel adlibitum volunta-

tistuae, privilegium ex non usu a-

mittatur:

mittatur: Secundo casu, veluti, si dictum esse, concedimus tibi privilegium construendi molendinum, quandocumque volueris; privilegium perpetuum intelligitur: *Hering. de molendinis.*

*Boſſ. de Principe, & privilegiis ejus.*

57 Sextus, quādō privilegium non est concessum aliquibus, ut singulis, sed ut universis; quia tunc non usus privilegii Universitati concessi non facit amittere privilegium, quoad omnes, sed tantum quoad eos, qui privilegio usi non sunt; quia vitium, aut negligētia unius non nocet omnibus: *Cancer. 3. vvr. cap. 3. num. 21. & 22.*

58 Etenim omnes privilegiati veniunt ad privilegium ex propriā personā, cum omnibus singularibus præsentibus, & futuris sit concessum, & censeantur tot concessiones, quot sūm personæ, ex 1. si arrogata vers. penult. ff. de adoptionib. l. cohæredi §. cum filiæ ff. de vulgar. substit.

59 Septimus est, quādō privilegia tendunt ad exceptionem, veluti si alicui, quād super aliquā re conficiendā molestia non possit referri, semper enim privilegiatus ope exceptionis molestiam inferentem repellere pōterit ex vi istius privilegii, ut notant DD. *ad text. in l. pure. §. fin. ff. de doli exception. cum infinitis Mandos. de privileg. ad instar gloss. 16. n. 16.*

60 Octavus casus est, quādō pri-

vilegiata est Ecclesia, atū Monasterium; quia tunc privilegia non amittuntur nisi spatio quadraginta annorum, ut notant omnes in cap. accedentib. de privileg. *Mandos. supr. n. 6. & 7.*

Nonus est, quādō privilegium est pecunia quæsitum, quod per non usum decennalem non amittitur: *Mandos. supr. n. 18.*

Decimus est, quādō privilegium renunciationis causā est concessum: cum multis *Mandos. supr. num. 19. Castald. de Imperatore q. 55. n. 9.*

Secunda conclusio sit: quādō privilegium non faciendi ex contrario usu, seu actu contrario ipsi privilegio, amittitur: ut habens immunitatem à tributorum onere illa solvat: *cap. 6. cap. accedentibus 15. de privileg. ubi Barbos. ubi communiter vim ponunt in tacitā renunciatione, quæ ex contrario usu colligitur, quād verum est, quoad illum actum, & frumentum pro eā vice privilegii; nam ut privilegium in totum tollatur, non sufficit tacita ista renunciatio, necessaria est legitima prescriptio contra privilegiatum, qui debito tempore non utitur privilegio, quod in Ecclesiasticis juribus est quadraginta annorum; dict. cap. 15. ante istud tempus legitime completum ipso privilegio quoad substantiam suam non possunt dici privati, quibus illud competit; quia per solam contraventionem non potest quis dici renunciare*

toto

toto privilegio, nisi in eo, in quo contravenerit, in actu scilicet illo, non in futuris: *Zoez. ad Decretales libr. 5. tit. 33. deprivileg. num. 36. latè Giurb. cons. 59. n. 8. l. 2. Cod. de jur. domin. impetr. l. commissorie Cod. de paci. inter emptor. & venditor. capit. cum accessisset 8. de constitutionib. ubi Barbos. & Gonsales multos dant concordan-*

**64** *tes, quibus adde, quos refert Giurb. dict. n. 8. ubi docet privilegium contrario actu amitti, sive actus contrarius gestus sit à Principe, sive à personis singularibus ejusdem loci, dummodo in aliorum civium notitiam vénérerit, qui non contradixerint, quia de fa-*

**65** *cili amittitur privilegium, ex dict. cap. cum accessisset. Girond de pri-*  
*vilegior. & exemption. explication. num. 103. Surd. cons. 509. n. 7. Giurb. dict. n. 8. quæ quidem regula certissima est apud omnes,*  
*de quibus n. 18. cum sequentibus limitationibus.*

**66** *Prima est, quandò ignoranter quis suo privilegio contravenerit: capit. si de terra deprivileg. ubi Barbos. Mandos. de privileg. ad instar gloss. 15. num. 30. Giurb. dict. cons. 59. num. 44. nec scientia præ-*

**67** *fumitur ex l. verius ff. de probatio-*  
*nib. Giurb. dict. num. 44. referens*  
*alios.*

**68** *Secunda est, quando quis non recordatus de privilegio, aut aliquat alia de causa per errorem privilegio contravenerit, putà, si quis solvere ex privilegio non tenetur,*

& per errorem solvit; nam hoc casu ex solutione factâ per errorem privilegiatus privilegium non amittit, immo solutum repetit: *Bald. & alii relati à Mandos. supr. n. 31.*

Tertia est, quandò in privilegio adeat decretum irritans, cui nullo temporis spatio per actus contrarios renunciari possit: *Archidiaconus, & fere omnes Ordinarii in cap. cum beneficio de pæbend. in 6. Mandos. num. 32. Martin. de Laudens in tract. de privileg. & rescript. quest. 84. quod*

**70** *tamen non procedit, quandò privilegium totum concerneret solum in favorem privilegiati, quo in casu privilegiatus, non obstante decreto irritante, potest privilegio per actus contrarios renunciare: Mandos. cum aliis dict. n. 32.*

Quarta est, quandò faciens ac-

**71** *tum contrarium expresse protestatur se nolle ex hoc actu privilegium amittere; protestatio enim reservat in hoc casu privilegium: Barthol. Bald. & communiter omnes in l. 2. Cod. de his, qui spon- te munera publica, cum infinitis Mandos. supr. num. 33. cum aliis Zoez. supr. num. 36. propè fin. & nos de Recusationib. libr. 4. cap. 1.*

Quinta est, quandò actus con-

**72** *trarius privilegio non esse sortitus effectum: Mandos. supr. num. 34. ubi infinitos citat; quia per ac- tum imperfectum privilegio quis renun-*

- renunciare non censetur: *Mandos. dict. n. 34.*
- 73 Sexta est, quandò quis ex dispensatione privilegio contravénit: *Jason in l. fin. ff. de constitut. pecun. Mandos. supr. num. 37. ubi alios citat.*
- 74 Septima est, quandò ex amissione, aut tacitā renunciatione privilegii Principi, qui privilegium concessit, præjudicium resultaret; non enim potest quis renunciare privilegio in præjudicium
- 75 Principis concedentis: *cap. cum pro eo tempore de arbitr. ubi Barbos. Mandos. de privileg. ad instar gloss. 15. n. 38.*
- 76 Octava est, quandò privilegium habet effectum successivum, & reiterabile, veluti, in privilegio eximēte aliquem annuā pensione, seu quæ pluribus vicibus fieri debet: tunc enim ex unico actu contrario putà ex unicā solutione annuā, privilegium non amittitur, nec illi, nisi quantum ad illum actum censetur renunciatum: *Bald. in cap. plerumque de rescript. & in l. Senatores ff. de Senatorib. Mandos. supr. num. 22. l. voluntariæ Cod. de excusation. tutor. Valensuell. conf. 79. num. 134. Giurb. conf. 59. num. 49. Gail. libr. 2. observ. 60. num. 11. Fontanell. de paci. nuptialib. clausula 4. gloss. 10. n. 132.*
- 77 Requiritur enim continuatio actuūm contrariorum per tringita, seu quadraginta annos, *Barthol. & alii in l. fin. ff. de constitut.*
- pecun. cum infinitis *Mandos. supr. num. 22. Vivius communium lib. 2. opin. 237.*
- Quæ autem non procederet, 78 quandò contraventio esset universalis, quoad omnes actus, vel ab actu, in quo quis contravenerit, cæteri actus dependerent, veluti, si exemptus à gabellarum solutione pateretur se scribi in libro communis extimi: nam licet iste exemptus ex unicā solutione non amitteret privilegium, nisi quoad illum actum, quia est actus particularis alios non concernens, tamen patiens se scribi in libro communis extimi amitteret privilegium, quia hujusmodi contraventio est actus universalis, à quo cæteri dependent, respiciens etiam ad solutiones futuras; *d.l. voluntariæ, cum mult. Mandos. dict. gloss. 15. num. 23.* & ita procedit id, quod multi tenent exemptum à solutione gabellarum ex unico actu amittere privilegium, qui debent intelligi, quandò concurredit actus universalis: *Barbos. in cap. accedentibus 15. de privileg. n. 7.*
- Nona est, quandò quis in pluribus unico privilegio contentis est privilegiatus; quia tunc contraveniens privilegio in uno non dicitur amississe privilegium, quoad alia, in quibus pariter est privilegiatus: *Mandos. aliis relatis n. 24. Barbos. in dict. leg. voluntarie n. 3.*
- Decima est, quando privilegi- 80 um

um, putà non solvendi, respicit di-  
versas personas, quibus non exis-  
tente privilegio esset aliquid sol-  
vendum, quo in casu privilegia-  
tus solvens uni, & in hoc contra-  
veniens privilegio, non amittit pri-  
vilegium, quoad alias personas, ut  
illis solveret teneatur: *Ruinus lib.*  
*4. conf. 93. cum aliis Mandos. n.*  
*25. Barb. dict. n. 3.*

**81** Undecima est, quandò actus  
privilegio contrarius esset ejus ge-  
neris, quod in eo alia præsumptio,  
quam renunciationis privilegii,  
cadere possit; quia tunc non amit-  
titur privilegium, veluti, si Cano-  
nici, qui privilegium habent de  
certo canonicorum numero alium  
canonicum de mandato Papæ su-  
pra numerum recipient, quo ca-  
su cadit præsumptio obedientiæ,  
nec ex hoc privilegium dicetur a-  
missum: multis citatis *Mandos.*  
*supr. n. 26.*

**82** Duodecima est, quandò quis  
coactè, vel per vim privilegio con-  
travenit: *l. cura ff. de munerib. &*  
*honorib. Mandos. n. 27.*

**83** Decima tertia est, quandò pri-  
vilegium est consuetudine acqui-  
situm, quod per unum actum con-  
trarium non amittitur; quia con-  
suetudini non censetur unico actu  
contrario, immò nec bina contra-  
factione, derogatum, nisi actus  
**84** contraventionis esset factus colle-  
gialiter: *Felin. in cap. cum acces-*  
*sisset 8. de constitutionib. Natt.*  
*libr. 3. conf. 636. num. 118. Man-*  
*dos. aliis citatis dict. gloss. 15. n.*

## 35. &amp; 36.

Decima quarta est, quandò ac-  
tus privilegio contrarius fit per  
eum, qui privilegio expresse re-  
nunciare non posset; tunc enim  
ex solo actu contrario, nisi lapsus  
quadraginta annorum concurrat, 86  
privilegium non amittitur, veluti,  
si per unum monachum fieret ac-  
tus contrarius privilegio monas-  
terio conceesso; ut cum infinitis  
firmat *Mandos. supr. num. 28. & 87*  
*29. ex actu contrario Cives con-*  
traveniendo nec præjudicant pri-  
vilegio Civitati concessio, sicut  
nec Clerici præjudicant Ecclesiae,  
*DD. in cap. accendentibus de privi-*  
*leg. ubi latè Barbos. Giurb. infi-*  
*nitis relatis conf. 59. n. 47. Man-*  
*dos. dict. num. 29. Magon. decis.*  
*67. num. 39. Barbos. in cap. cum*  
*accessissent 8. de constitutionib.*  
*n. 6.*

Ex quibus colligitur, quod ex 89  
actu contrario privilegio non a-  
mittunt familiares, officialesque  
Sactæ Inquisitionis privilegia:  
quia privilegium, quod nedum  
privilegiati favorem respicit, sed  
etiam alterius, in ejus præjudici-  
um contrario actu renunciari non 90  
potest: *cap. cum tempore de ar-*  
*bitr. cap. 2. de restitution. in in-*  
*tegr. cap. cum olim de privileg. in*  
*6. ubi DD. & Felin. num. 28. De-*  
*cian. num. 84. capit. accendentibus*  
*de privileg. Trentacing. variar.*  
*libr. 1. titul. de rescript. & pri-*  
*vileg. resolution. 10. num. 1. Gi-*  
*urb. conf. 59. n. 47. Menoch. lib. 6.*  
*præsum-*

præsumpt. 41. numer. 5. & cons.  
1226. à numer. 23. Otallor. de no-  
bilitat. part. 2. & 3. cap. 9. num. 13.  
& privilegia familiarium, offici-  
aliumque Sanctæ Inquisitionis  
primario ministerium Sancti Of-  
ficii respiciunt, & secundario ip-  
pos familiares, officialesque, ut sæ-  
pè decantavimus.

illa assumenda; ut supra diximus  
hic autem alia cadit, scilicet,  
quod tantum in hoc negocio, &  
in gratiam talis personæ actū con-  
trarium admirerit: ita Zoz. ad  
*Decretales lib. 5. tit. 33. de privi-  
vileg. num. 33. Barbos. in capit.  
cum accessissent 8. de cōstitutionib.  
num. 6.*

91 Decima quinta est, quando  
quis contraveniendo directe ob-  
viat privilegio; directe autem di-  
cimus, si actus contra jus in totum  
privilegio aduersetur, secùs si in-  
directe contraventū sit privilegio;  
ut erit, quando quis habet pri-  
vilegium generale, ne teneatur  
ad aliqua munera publica sub-  
cunda, ipseque postea sponte ac-  
ceptavit unum, non præjudicat  
sibi in aliis, nec etiam in illo, si  
92 de hunc vocetur ad illud: *dis. l. vo-  
luntariæ Cod. de excusat. tutor.  
Giurb. supra num. 48. Trentacing.  
supr. resolut. 9. num. 5. & resolut.  
10. n. 2.*

Cui resolutioni non offendit  
*text. in cap. cum accessissent 8. de  
constitutionib. ad illa verba ibi:  
Nisi postea Canonici contrave-  
nerint aliquem in primicerium  
eligendo;* per quæ verba vi-  
detur sufficere una controver-  
sia ad privilegium destruen-  
dum: quia respondetur, quod ex  
eo, quod rescriptum, de quo ibi  
constiterit in unico actu momen-  
taneo, qui in continenti fit, vel  
tollitur, ut per unam contraven-  
tionem potuerit amitti, cum in  
tali materia renunciatio, quo-  
ad unum actum sit renunciatio  
simpliciter; nihil mirum, quod una  
contraventio sufficiat, quæ non  
sufficeret, si actus esset reiterabi-  
lis; ut diximus *num. 76. Zoz. d.  
num. 37.*

93 Decima sexta est, quando  
contraventio consistit in uno actu: nam licet cōtroversum, sit an  
unus actus contrarius sufficiat?  
Vera tamen est negativa resolu-  
tio, quæ probatur jure, & ra-  
tione. *Jure ex l. voluntariæ Cod.  
de excusat. tutor.* quæ habet  
94 voluntariæ tutelæ munera privi-  
legiis nihil derogare: ratione,  
quia contrarius actus non debet  
operari ultra illum casum, in  
quem cum poslit cadere alia præ-  
sumptio, quam renunciationis,

Tertia conclusio sit; quod  
privilegium, quo quis largè uti po-  
terat, ex stricto usu restringitur, &  
in parte ob non usum amittitur.  
*Mandoz. de privileg. ad instar  
gloss. 15. n. 39. ubi infinitos citat,  
quibus omnes, quos citavimus  
numer. 18. Barbos. in cap. 8. de  
constitutionib. & in cap. 8. de con-  
suetudin. à num. 6. & voto 9.*

*Matheu de re criminali controv.* 6. à num. 61. *Molin. de primogen.* lib. 2. cap. 6. à numer. 59. *Cardos.* in prax. *Judic.* verb. *privilegium.* *Salgad.* de reg. *protect.* 1. part. cap. 9. à num. 9. & 37. & 61. *Vella dissertation.* 30. à n. 61. & 33. à n. 70. consuetudo enim, & modus, quo quis utitur privilegio, illud ampliat, restringit, & declarat: *Mandos.* cum mult. n. 40. qui num. 41. multis laudatis docet, quod privilegiū ex stricto

usu non restringitur, quando non evenit casus utendi large, quia ad retinendum jus sufficit aptitudo, & potentia, ex *Barthol. in l. arboribus* §. nam si ægrum ff. de usu fructi. *Gail. libr. 2. observ.* it. 60. *Garc. de nobilitat.* gloss. 6. num. 37. *Barbos. in cap. cum accessissent de constitutionib.* numer. 5.

Quæro octavò: an familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis per renuntiationem amittant privilegium? Respondeo negativè; nam licet regulare sit, quod privilegium per renuntiationem, sive expressam, sive tacitam amittatur; ut pluribus laudatis docent *Zoez. ad Decretales* lib. 5. tit. 33. de privileg. num. 34. & 35. latè *Menoch. lib. 6. presumt.* 41. per tot. quibus adde penè infinitos, quos citavimus cap. 4. & 19. & quos citat *Peg. ad princip. Ord. lib. 2. titul.* 25. num. 4.

Verumtamen cum privilegia

familiarium, officialiumquè Sanctæ Inquisitionis non intuitu ipsorum sint concessa, sed intuitu ministerii Sancti Officii, ut probavimus d. cap. 4. & 19. rectè sequitur, quod per renuntiationem non amittuntur, cum privilegia in favorem alicujus introducta ab ipso, & non ab alio valeant amitti: *Carlev. de judic. tit. 1. disput.* 5. quæst. 5. num. 300. ubi an sub generali renuntiatione veniant privilegia.

Quæro nondò: an familiares, officialesquè Sancti Officii amittant privilegia, quamprimum officiales, familiaresquè esse deficerint? Respondeo affirmativè; quia privilegia concessa personæ intuitu alicujus ministerii, mutatione personæ, aut ministerii amittuntur, ut nos cum multis docuimus cap. 6. & tradunt *Salgad. de reg. protect.* part. 3. capit. 11. à numer. 20. latè *Olea de cession. jur. titul.* 6. quæst. 2. & 3. *Solorzan. libr. 4. politicor. cap. 1. folio mihi* 503. appositè *Peg. ad Ord. libr. 2. titul.* 59. in princip. gloss. 2. num. 10. 11. & 12. ubi alia jura, & DD. citat, *Zoez. supr. numer.* 32. & 33.

Quæro decimò: an familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis amittant privilegium cessante in totum causâ finali, ipsius privilegii? Respondeo affirmativè; quia cessante causâ finali, quæ est principalis causa privilegii, à quâ dependet, & in fieri, &

in conservari, privilegium cessare necesse est, ex regul. tx. in capite cessante de appellationib. uti carens fundamento: Zoz. dict. n. 32. & 33. Peg. dict. n. 10. & 11. & ad Ord. lib. 2. tit. 29. §. fin. gloss. 7. Frater Dominicus Maria Bräcaccinus de jur. doctoratus lib. 2 cap. 20. n. 6.

<sup>107</sup> Infero hinc, quod destructo Sacro Tribunali Sancti Officii, quod Deus avertat, cessant privilegia familiarium, officialiumquæ Sanctæ Iuquifitionis; quia regula est, quod destructo loco, communitate, aut Universitate, cuius intuitu privilegium fuit concessum, extinguitur jus omne illi cohaerens, tanquam destructo <sup>108</sup> fundamento, cui adhæret: Zoz. sup. n. 43. Bobadilh. lib. 5. politi- cor. cap. 6. Salgad. de Reg. protec- tion. 3. part. cap. 10. à num. 280. Castilh. de tertiis cap. 36. dummo- <sup>109</sup> dō tollatur in perpetuum; secūs, si ad tempus ex aliquâ causâ suspendatur, vel si illius exercitium per vim hominum, aut alio caſu suspendatur: Zoz. d. n. 43.

<sup>110</sup> Similiter infero, quod si fami- res, officialesquæ Sanctæ Inquisi- tionis sine licetia, aut legitimâ cau- sâ ministerio Sancti Officii actu, vel aptitudine defuerint, privilegia amittunt; quia privilegia concessa ratione alicujus ministerii cessant, quando culpâ privilegiati respec- tu illius cessat ministerium, ex l. <sup>111</sup> fin. §. fin. ff. de pénis, facit tx. in l. 1. Cod. ubi Senat. vel clarissimi, idem

privilegium concessum familiaribus intuitu Dominorum cessat, si familiaris deceperit à servitio Domini, cui privilegium fuit cō-cessum: Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 59. §. 1. gloss. 3. n. 7. in fin. & ad ru- bric. Ord. lib. 2. tit. 33. n. 222. & 223. & expressum est in §. 10. re-formationis justitiae, ubi late Tho- me Vas. Almeid. de numer. qui- nar. cap. 5. n. 6.

<sup>112</sup> Sub infero, quod privilegia concessa aliquibus ratione officio- rum quorum sunt proprietarii, cessant, si ipsi officia non exercue- rent, & illis fruuntur, qui officia serviunt, prout bis judicatum vi- di: ex lib. nos 10. ff. de advocatis di- versor. Judic. ubi Barbos. cum mult. n. 20. Peg. d. n. 223. & omnes supra citati.

<sup>113</sup> Quæro decimò, an privilegia familiarium, officialiumquæ Sanctæ Inquisitionis amittantur per revocationem? pro parte nega- tiva stat primo, quod privilegia ob remnnerationem servitorum sanguinis pro Regibus effusi, vel civium benemerita, aut aliâ de- centi ratione concessa, nec merē gratiæ existimantur, sed actus o- nerosi in vim contraactus, quæ pe- nititus revocari, aut retractari non poslunt: l. sed & si lego §. consulti <sup>114</sup> ff. de petition. hæreditat. ubi Barthol. Giurb. conf. 59. num. 62. & conf. 94. per tot. ubi coacervat penè infinitos Cabed. 1. part. de- cis. 20. & 95. n. 14. quibus adde, quos referunt, & sequuntur

*Cyriac. controv. 310. Cresp. ob-  
serv. 15. ubi quis cognoscat de re-  
vocatione. Jul. Caponius tom. 5.  
discept. 398. Valensuel. conf. 85.  
Fontanel. decis. 138. à n. 1. Bar-  
bos. in l. 1. ff. solut. part. 1. à nu-  
mer. 5. Hermosilb. in l. 53. gloss.  
1. n. 23. & gloss. 6. à num. 5. tit. 5.  
partit. 5. Solorz. de jur. Indian.  
lib. 1. cap. 22. à num. 54. & libr.  
5. cap. 1. à num. 94. Castilb. de ter-  
tiis cap. 16. num. fin. & cap. 8. à n.  
138. & cap. 41. à n. 192. Salgad.  
de Reg. protection. 3. part. à n. 95.  
Vellar lib. 1. respons. 8. apud quos  
pene innumerabiles invenies. Peg.  
ad Ord. libr. 2. tit. 25. in princip.  
num. 4. & 11. & tit. 44. in princip.  
à num. 12.*

<sup>116</sup> Atqui privilegia familiarium,  
officialiumquæ Sanctæ Inquisitio-  
nis ipsis fuérunt concessa in remu-  
nerationem servitorum, quæ ipsi  
familiares, & officiales Deo, &  
Regi fecerunt, & faciunt; ut ex  
ipsis privilegiis patet relatis in *cap.*  
3. nec non ipsis ministris Sancti  
Officii ob servitia continua, quæ  
ipsi Deo, & ipsi Regi, ac teto Re-  
gnō quotidie fiunt, quibus nihil a-  
pud Deū, & homines nullū aliud  
servitium comparari potest; nam  
ex labore, & sudore horum mini-  
strorum, Verus Deus amatur, &  
diligitur, vera religio colitur,  
pax, & quies publica consurgit,  
quas ob rationes verè, & propriè  
vocantur fidei tutamen, ac præsi-  
diuum, veritatis patrocinium, bo-  
norum morum Zellatores, pacis,

& quietis publicæ defensores in-  
victi: ergo hujusmodi privilegia  
revocari non possunt.

Secundò considerari potest,  
quod privilegia familiarium, of-  
ficialiumquæ Sanctæ Inquisitio-  
nis sunt Ecclesiastica, & non sœcu-  
laria, ut docent plures, quos ci-  
tavimus *cap. 19. n. 121*: sed pri-  
vilegia Ecclesiastica à Principe  
sœculari revocari nō possunt, teste  
*Zoez. cum aliis ad Decretales lib.  
5:tit. 33. de privileg. num. 40.* er-  
go privilegia familiarium, & offi-  
cialium Sanctæ Inquisitionis per  
revocationem Principis sœcularis  
non amittuntur.

Tertiò, quia ad revocanda pri-  
vilegia semel concessa requiritur  
justa causa; nam Regum propri-  
um est non revocare concessa: *Gi-  
urb. conf. 94. n. 2. ubi citat. Bar-  
dell. conf. 22. num. 17. Peregrin.  
conf. 4. num. 36. & alios*, & quod  
privilegia semel concessa sine jus-  
tâ causâ non revocantur, tradunt,  
ac docent omnes, quos citavimus  
*n. 114. quibus adde Sanch. de ma-  
trim. lib. 8. disp. 33. Molin. de pri-  
mog. lib. 4. cap. 3. n. 7. Escobar de pu-  
ritat. 1. p. q. 7. à n. 123. Dian. tom.  
9. resolut. 7. n. 3. & resol. 196. n. fin.*  
& *resolut. 325. Rodericum Suares  
allegat. 9. Julius Caponius tom. 2.  
discept. 91. art. 1. à num. 11. & quâ-  
plurimis aliis*: Atqui nulla potest  
justificari causa, ac excogitari le-  
gitima, quæ prævaleat favori re-  
ligionis, & super causam, ob  
quam ipsa privilegia fuerunt con-  
cessa,

cessa, quæ fuit religionis, ex quâ in fieri, & in conservari tota salus spiritualis, & temporalis dependet: Solorz. emblemā 9. per tot. ergo hujusmodi privilegia nullo modo cessare valent per revocationem: cum irrevocabilia ex suâ naturâ sint, utpote fundata in causa, seu ratione semper validura, & quamcumque alia semper potentiori, urgentiori, ac utiliori.

Quartò, quia privilegia illa transierunt in vim contractū, cù illis concessis laborem ullo alio comparabilem subierunt Apostoli Inquisitores, ut de eis id statuendum sit, quod de contractu, ex his, quæ Barthol. in l. 2. ff. de jur. immunitat. n. 2. Bald. in l. qui se patris Cod. unde liberi num. 34. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. tit. 3. num. 28. & cons. 160. num. 4. Sextinus de regalib. lib. 1. cap. 5. num. 61. Giurb. cons. 94. num. 4. ubi infinitos citat: Atqui Princeps privlegia, quæ in contrac- tum transierunt, revocare non potest: Valasc. cons. 72. num. 5. & 120. n. 9. Giurb. infinitis relatis d. cons. 94. num. 5. & con. 59. num. 62. ubi tot. citat DD. uteum allegare sufficiat, nec enim minus contractibus, quam privatus, obligatur Princeps, ex l. donationes Cod. de donationib. inter. unus cum omnibus in materiâ Giurb. cons. 94. num. 6. ergo hujusmodi privilegia, utpote in vim contractū transacta, irrevocabilia sunt,

ac per consequens per revocationem non amittuntur.

Quintò pro hac parte ponde- rari potest, quod hujusmodi privilegia fuerunt concessa per tot, tantosquè Reges, & per tot, tantosque Reges illorum successores conservata, ut salvâ honestate revocari non possint, cum prædecessorum privilegia revocare honestum non sit: Gonzal. in regulis gloss. 9. §. 2. à num. 74. Castejon in Alphabetic. jur. verb. privilegium numer. 8. & probatur ex l. privilegia quæ 12. Cod. de Sacro-sandie Eccles. ex qua Barbos. ibi numer. 1. eam deducit conclusi- onem, nempe, quod privilegia Antecessorum favore Ecclesiæ successor continuat, & confirmat;

& ex l. omnia privilegia 33. Cod. de Episcop. & Cleric. ubi Barbos. num. 1. aliis relatis eam dat conclusionem, scilicet, quod privilegia Antecessorum Imperatorum piis locis concessa in robore suo bonus Imperator relinquit; eo, vel maxime cum prædicta privilegia in vim contractū transierunt, & successores in regno teneantur custodire, & servare contractus Antecessorum nomine dignitatis gestos: Cabed. 1. part. de- cis. 19. num. 1. unus cum omnibus. Giurb. decis. 94. num. 7. cum idem, & unum semper sit regnum: Giurb. numer. 8. Gratian. cap. 167. num. 51.

Sextò pro hac parte considera- ri potest, quod quandò privilegi-

um concessum est non subditis, *judaro Santo Officio da Inquisi-*  
*prout sunt Ecclesiae, & personae gaō, e para que os Ministros, Of-*  
*Ecclesiasticae, revocari nō potest, ficiaes, e Familiares delle com-*  
*maximē, si habet effectum con-*  
**132** *summatum; ut multis laudatis* *mais diligencia, e vontade sirvāō*  
*docet Peg. ad princip. Ord. libr.* *seus cargos; & ex secundā ejus-*  
*dem Regis relata dict. cap. 3. n.*  
*2. titul. 25. num. 6. ubi eam prae-*  
*stat rationem, quia non subdito* **58.** *ibi: Que pela experientia,*  
**133** *privilegium concedi, & benefi-* *que tenho dos negocios do Sāto Of-*  
*cium conferri potest, non autem* *ficio, em que por muitos annos en-*  
*revocari, & auferri, quia jurisdi-* *tēdi, sendo Inquisidor Geral nes-*  
*cio non exerceetur in non subdi-* *tes Reynos de Portugal antes de*  
*tum, ex cap. 2. de constitutionib.* *succeder na Coroa delles, me pare-*  
*in 6. l. fin. ff. de jurisdiction.* *ceo muito importāte para conserva-*  
*omn. Judic. & ubi etiam am-* *çāo da sua authoridade, e dorefe-*  
**134** *pliat, ut nec etiam contra id dis-* *peito, que se lhe deve ter, & ex con-*  
*pensare in praejudicium non sub-* *cessione, de quā cap. 3. n. 67.*  
*diti etiam justā causā existente; &* *ibi: Hei por bem, e me praz, que*  
*ad id citat plures, & ob id con-* *os privilegios, que pelos Reys des-*  
*cludit Regem nostrum non posse* *te Reyno de Portugal meus Ante-*  
*revocare privilegia concessa agri-* *cessores saõ cōcedidos ao Sāto Offi-*  
*colis, colonis, & inquelinis Ec-* *cio da Inquisiçāo dos ditos Reynos,*  
*clesiarum, aut Monasteriorum,* *se cū praō, e guardē; & ex alia,*  
**135** *de quibus agit Ord. dict. titul. 25.* *de quā dict. cap. 7. n. 68. ibi: E por*  
*Barbos. in cap. cum olim 6. de con-* *sazer mercé ao Santo Officio; & ex*  
*suetudin. n. 8. latissimē ad contra-* *aliā, de quā cap. 3. n. 70. ibi: Hei*  
*rium respondendo Pereir. in sua* *por bem, que daqui por diante nāo*  
*Academīa lib. 3. disput. 1. quest. 5.* *venha mais em duvida se he, ou*  
*per tot.* *nāo maior o privilegio do Sāto Of-*  
**136** *Sed sic est, quod familiariū, offi-* *ficio; & ex aliā, de quā dict. cap. 3.*  
*cialiumque Sanctae Inquisitionis* *n. 73. ibi: O Conde Aposentador*  
*privilegia fuerunt concessa imme-* *mō tenha entendido, que aos Fa-*  
*diatē ministerio Sancti Officii,* *miliares do Sāto Officio ha de dar*  
*quod Ecclesiasticum est, & medi-* *apozenzatoria, quando lha pedi-*  
*atē ipsis familiaribus, officialibus* *rem na forma de seu privilegio,*  
*que Sanctae Inquisitionis, ut pro-* *q̄ supposto se nāo ache cōfirmado,*  
*batur ex primā concessione Hen-* *nāo he por falta sua, se nāo em re-*  
*riquiana relata cap. 3. num. 54. &* *zaō de nāo haver confirmaçōes ge-*  
*55. ibi Pelo grande desejo, que* *raes, que he só quando as Cōmu-*  
*tenho de em tudo favorecer, e a-* *nidades saõ obrigadas a cōfirmar,*  
*co farão o Santo Officio nas pri-*  
*meiras*

meiras confirmaçõés, que houver,  
& ex aliâ, de quâ d. cap. 3. n. 85.  
ex quibus apertissimè probatur  
privilegia familiarium, officialium  
umquè Sancti officii, non ipsis  
immediatè fuisse concessa, sed  
Sancto Officio, & mediatè tunc  
familiaribus, officialibusquè: er-  
go tanquam concessa Ecclesiastico  
ministerio à Principe seculari,  
ab ipso revocari non possunt: *Pereir.* in suâ Academiâ lib. 3. disp. 1.  
quæst. 5. per tot.

nem, resolvi ipso jure, & posse  
revocari. Unde ibi num. 170. con-  
cludit privilegium immunitatis  
concessum alicui à solutione de-  
cimarum, casu, quo post privile-  
giū immunis acquireret tot præ-  
dia, pro quibus, si decimas non  
solveret, inferretur grave dam-  
num Ecclesiae; & n. 171. affir-  
mat privilegium exemptionis à  
procurationibus concessum Cle-  
ricis alicujus loci non esse servan-  
dum, casu, quo adeò multiplicati  
essent Clerici, quod procuratio-  
nem absorberent: *Peg. infinitis*  
*laudatis ad Ord. lib. 2. tit. 25. in*  
*princip. à n. 1. usque ad 14. Mar-*  
*cus in decisionib. parlamenti Del-*  
*phinalis decis. 528. per tot. Pereir.*  
*dic. q. 5. n. 282. & 283.*

In conflictu horum fundamē- 142  
torum placet distinguere inter  
casum, quo Princeps in totum  
tollit, & revocat privilegia fami-  
liarum, officialiumquè Sanctæ  
Inquisitionis: & in hoc casu firmi-  
ter credimus non posse Principem  
de potestate Ordinariâ id facere,  
ex consideratis à num. 114. usque  
ad præsentem numerum; & inter  
casum, quo Princeps suspendit,  
seu revocat ad tempus, seu quoad  
certam speciem: & in hoc subdi-  
stinguimus inter casum, quo Princeps  
interveniente justâ causâ id  
facit, & inter casum, quo sine le-  
gitimâ causâ sic operatur.

In primo casu afferendum est 143  
Principem etiam de potestate Or-  
dinariâ posse ad tempus, & ad cer-  
tam,

137 Affirmativa verò sententia vi-  
detur probari; quia Princeps non  
solum moderare, sed in totum tol-  
lere privilegia per se data potest:  
probant *tx. in cap. fin. de sent. ex-*  
*communic. in 6. cap. ne aliquid de*  
*privileg. in 6. docentque infiniti*  
*apud Giurb. cons. 59. n. 62. Avill. in*  
*cap. Prætorū cap. 19. gloss. priviel-*  
*gius n. fin. Cancer 3. var. c. 3. n. 150.*  
*Oliva de for. Eccles. 1. part. c. 13.*  
*per tot. Garc. de nobilitat. gloss.*  
*6. num. 41. & apud citatos num.*  
*18. & 115. quibus adde Petra de*  
*potestat. Princip. cap. 24. à num.*  
*227. Mastrilb. de magistratib. lib.*  
*3. cap. 10. num. 24. ubi etiam ad*  
138 *nutum Rolland. tom. 2. cons. 1. nu-*  
*mer. 162. ubi etiam privilegium*  
*Principis non esse servandum,*  
*quando ex post se incipit esse da-*  
*mnosum, sed statim perdere vires*  
*quamprimum re incidit in inqui-*  
139 *tatem; & num. 163. & 164. docet*  
*privilegium concessum non sub-*  
*dito, quod ex post facto laedit cō-*  
*cidentem propter ejus intentio-*

tam, & determinatam speciem suspēdere, seu revocare privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquisitionis, veluti, si incéperint esse nociva: ex Solorz.

<sup>144</sup> *libr. 2. politicor. cap. 33. fol mihi 202. Cyriac. controv. 310. DD.*

*ad text. in capit. suggestum de decim. & apud Hispanos probat text. in l. 48. tit. 23. partit. 3. ubi DD. illius regni latè Franciscus Marcus in decisionib. Senatus Delphinalis decis. 528. discurrendo per totam varia exempla demonstrat, vel si urgeat magna,*

<sup>145</sup> *& publica necessitas, cui subveniri non possit non suspensis, aut revocatis ad tempus hujusmodi privilegiis, ut latè diximus cap. 10.*

*& 11. & supr. à num. 139. plures apud Giurb. cons. 59. num. 64. & cons. 94. per tot. Cardos. in prax.*

*Judic. verb. privilegium ad fin. Barbos. in repertor. juris verb. privilegium. Pach. in apollète utriusque juris verb. privilegium. Castlejon in alphabetic.*

*jur. verb. privilegium. Bertachin. in alphabetic. jur. verb. privilegium. Sabelli in alphabetic.*

*jur. verb. privilegium. Themud. decis. 2. n. 49. ubi, quod privilegium de non solvendis decimis*

<sup>146</sup> *extinguitur, si Ministri Ecclesiæ indigeant; quia privilegia omnia Clericis, aut Ecclesiis, aut piis locis à Principe laico concessa, pos sunt adimi, & immutari per eundem Principem laicum: Barbos.*

<sup>841</sup> *147 ad rubric. Cod. de Sacrosanct.*

*Eccles. num. 5. Menchac. in præfation. libr. 1. de successionis progressu justa causa interveniente.*

*Peg. ad princ. Ord. lib. 2. titul. 25. gloss. 2. n. 9. & 10. ubi alios dat concordantes. Dian. tom. 6. tradit. 1. resolut. 54. per tot.*

*Verùm cum privilegia ex me-*

<sup>148</sup> *ritorum causâ concessa uno verbo revocare Principem voluisse non præsumitur, ut ex pluribus tradit Giurb. cons. 94. num. 1. inquirere oportet: an, & quando revocatio, vel suspensio privilegiorum facta censeatur? Ad quod priùs notare oportet, quòd revo-*

*catio, vel est expresa, vel tacita expressa est, quæ ex verbis ex-*

*pressis colligitur; tacita, quæ ex circstantiis colligitur: idquæ*

*primò fieri potest si, Princeps legem universalem universaliter, ut sonat, intellectam ferat, per quam abrogaret privilegia omnia,*

*quo in casu abrogantur privilegia in corpore juris contenta, non etiam non contenta, cum legislator non præsumatur scire jus privatū,*

*ex cap. 1. de constitutionib. lib. 6. ita Zoz. ad Decretales lib. 5. titul. 33. de privileg. num. 40. qui num.*

<sup>152</sup> *42. advertit, quòd quoad effectū revocationis, si facta sit per legem publicam, necesse est, quod prædicta lex sit legitimè promulgata,*

*& transeat tempus necessarium ad obligationem; omnino videndus Peg. ad Ord. lib. 2. titul. 44. per tot.*

*Secundò fieri potest per man-*

*datum*

datum particulare cum deroga-  
toriâ clausulâ specificâ, vel speci-  
ficæ æquipolenti; quia non præ-  
sumitur Principem habere scienti-  
am privilegii, ut istâ clausulâ opus

<sup>154</sup> sit: quo facit *text.* in *l. penul-*  
*tima. Cod. de precib. Imperator.*  
*offerend.* ubi rescriptum con-  
tra jus commune elicitum non  
valet, nisi illius mentionem fa-  
ciar, ut nec rescriptum valeat  
contra privilegium, non factâ e-  
jus mentione: *Zoez. ad Decre-*  
*tales libr. 5. titul. 33. de privileg.*  
*n. 40. Barbos. in cap. 6. de res-*  
*cript. à n. 1. Diann. tom. 9.*  
*tradit. 5. resolut. 7. §. 3. Barbos. in*  
*cap. 1. de rescript. & in cap. 1. de*  
*constitutionib.*

<sup>155</sup> Tertiò fieri potest per sen-  
tentiam latam contra privilegi-  
um, quod est in judicio exhibi-  
tum; per quem tamen modum  
ab eo, qui potest privilegium re-  
vocare, non tam censetur revo-  
catum, quam reprobatum, ut quia  
vel male obtentum, vel ex cau-  
sâ amissum: supponit enim sen-  
tentia defectum in actu, vel in ju-  
re, de quo agitur; ut si tale fac-  
tum, vel jus pendeat ex privile-  
gio, sententia etiam indirecte ca-  
dat in privilegii qualitatem, ex  
*cap. suborta de sentent.*, & re-  
judicat. quam non immutat,  
sed insufficientem declarat ad jus  
illud obtainendum *Zoez. dict.*  
*num. 40. Diann. tom. 9. tradit.* 2.  
*resolut. 7. num. 3. & resolut. 13. §.*  
*1. & tom. 8. tradit. 2. resolut. 9.*

*Sanch. libr. 6. consiliorum cap.*  
*dubitatis. 8. Julius Caponius tom.*  
*5. disceptation. 398. Barbos. vot.*  
*126. numer. 289. Cyriac. con-*  
*trov. 310.*

Quartò fieri potest per no-  
<sup>156</sup> vum privilegium, per quod ta-  
men non videtur prius tolli, nisi e-  
jus mentione habita, ut patet ex  
*cap. veniens 19. ubi gloss. in ver-*  
*bo nullam de prescriptionib. Car-*  
*lev. de judic. titul. 2. disp. 2. n. 8.*  
*& 13. cum seqq. Menoch. libr.*  
*6. presumpt. 40. ubi ex duabus*  
privilegiis super eâdem reâ diver-  
sis impetratis, quod sit potentius;  
& an posterius tollat prius, *Zoez.*  
*dict. num. 40. ubi concludit, quod*  
*prius non tollitur per posterius,*

<sup>157</sup> non factâ mentione de priori, ex  
eâ ratione, quia posterius vide-  
tur subreptitiè impetratū à Prin-  
cipe ignorantē primum; argu-  
mento *text. in cap. 1. de consti-*  
*tutionib. in 6. Phæb. decis. 244. n.*  
*7. Pereir. in promptuar. jur.*  
*verb. privilegium n. 1535. Zoez.*  
*dict. num. 40. Salgad. de Reg.*  
*protecti. 3. part. cap. 10. à nu-*  
*mer. 87. Castib. de tertis capit.*  
*56. Gutierrez. libr. 3. practicar.*  
*quest. 15. à n. 3. Gonzales adre-*  
*gul. Cancel. gloss. 36. à n. 1. Ze-*  
*valb. q. 611. per tot. Barbos.*  
*vot. 126. n. 290. ubi quæ privi-*  
legia generali derogatione tol-  
lantur. Idem *Barbos. in cap. ex*  
*multiplici 3. de decim. numer. 4.*  
*Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 44. & titul.*  
*59. §. 14. gloss. 16. num. 1. Cabed.*

1. part. decis. 213. n. 1. *Balmassed.* derogatur privilegium per clausulam non obstantibus quibuscumque privilegiis, quo in casu facienda est differentia inter privilegia clausa in corpore juris, & inter privilegia non inserta in juris corpore; & quoad illa est certissima regula, quod privilegia clausa in corpore juris derogata non censetur per clausulam non obstantibus quibuscumque privilegiis, ex 164

158 Et hoc verum est, sive utrumque sit generale, sive utrumque speciale, sive prius sit speciale, posterius generale, quia nihil magis speciale auferri potest, ex cap. generi 34. de regul. jur. in 6. ubi late Pechius, & ita Zoz. dict. num. 42. & omnes proxime citati.

159 Dubitatur: si generale sit prius an per speciale subsequens ei derogetur? Respondetur videri idem dicendum, scilicet, nec eo casu vallere posterius contra prius ex eadem ratione subreptionis, & causâ ignorantiae ipsius concedentis: sed aliter sentiendum est, quia in toto jure generi per speciem derogatur, etiamsi in specie subjunctâ nulla fiat mention prioris: censetur enim Princeps concedendo generalem favorem non auferre sibi facultatem alicui specialem gratiam largiendi, ut probatur ex cap. dum 14. §. nos igitur. cap. quamvis 38. de præbend. in 6. ubi Barbos. laudatis pluribus; & docent in terminis Zoz. dict. num. 40. & 41. Suar. de legib. libr. 8. cap. 49. à n. 6.

160 Expressa revocatio fit, quando in particulari expressis verbis derogatur alicui concessum privilegium, factâ expressâ mentione illius; vel quando in generali

derogatur privilegium per clausulam non obstantibus quibuscumque privilegiis, quo in casu facienda est differentia inter privilegia clausa in corpore juris, & inter privilegia non inserta in juris corpore; & quoad illa est certissima regula, quod privilegia clausa in corpore juris derogata non censetur per clausulam non obstantibus quibuscumque privilegiis in contrarium, ex 162 eâ ratione, quia privilegia clausa in corpore juris non sunt privilegia, sed jus commune: *Barbos.* in authent. quia in provincia Cod. ubi de crimin. agi oporteat num. 23. & ita nos docent *Barbos.* ubi proxime num. 21. & 22. & de clausul. clausula 83. per tot. Pereir. in promptuar. jur. verb. privilegium num. 1533. *Phæb.* decis. 146. num. 4. & 32. numer. 7. Zoz. ad Decretales lib. 5. titul. 33. de privileg. num. 40. *Franciscus Marcus* in decisio- nib. Senatus Delplinalis decis. 533. num. 13. Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 44. ad princip. num. 16. Barb. in l. quia tale ff. soluto numer. 16. & in l. i. part. 1. à numer. 4. Cabed. decis. 94. n. 1. Cardos. in prax. Judic. verbo privilegiū, & jus co- mune, quod revocatū non censetur ex prædictâ clausula, ut eum in- infinitis docet *Barbos.* dict. clausul. 83. num. 2. Peg. latissimè ad prin- cip. Ord. libr. 2. titul. 44. à num. 1. usque ad 21. & maximè à n. 14. sed necessaria, & specialis- sima

164

165

166

167

168

169

170

164 sima derogatio facta cum deroga-  
tione substantiæ legis , ex Ord.  
lib. 2. tit. 44. ubi Peg. numer. 14.  
Capic. decis. 38. infra citanda per  
tot.

165 Ex quo infero , quod positâ de-  
cisione nostræ Ord. dict. titul. 44.  
non sufficit ad revocandas leges ,  
& privilegia in corpore Ordina-  
tionis clausa , quod derogatio fiat:  
*& revocamus omnes leges , & pri-  
vilegia in contrarium , quorum ,  
ac si de verbo ad verbum inseren-  
tur , haberemus volumus pro expressis ;*  
quæ attento jure communii tan-  
quam specialis , & individua suf-  
ficiebat: Capic. in decisionib. su-  
per regul. cancellariæ decis. 38. n.  
3. nec clausula: non obstante a-  
166 liqua lege in contrarium ; quæ  
etiam de jure communi sufficie-  
bat , ex Capic. supr. num. 10. nisi  
forma legis derogata postularet ,  
ut de illa fiat expressa mentio , quia  
diceret , non valeret derogatio ,  
nisi de ea fiat expressa mentio ,  
Capic. dict. num. 10. & n. 11. tñ.  
in cap. nonnulli 27. de rescript. ubi  
Barbos. num. 14. citans alios .  
Oliv. de for. Eccles. 3. part. quest.  
7. à num. 65. Phæb. 2. part. decis.  
146. alias 147. per tot. Peg. ad  
princip. dict. Ord. lib. 2. tit. 44. à  
n. 1. usque ad 21.

167 Quoad privilegia verò in cor-  
pore juris non clausa regula est ,  
quod sufficit clausula , non obstan-  
tibus quibuscumque privilegiis in  
contrarium ; ut docent omnes ,  
quos citamus supra à numer. 162.

Barbos. de clausul. clausula 82.  
83. & 84. pertot. Peg. ad princip.  
Ord. lib. 2. titul. 44. num. 1. ubi  
infinitos citat , Carlev. de judic.  
titul. 1. numer. 300. ubi quod fa-  
cilius toluntur introducta jure spe-  
ciali.

168 Haec tamen regula suas quoque  
patitur limitationes ; & limitatur  
primo , quando predicta privile-  
gia clausulam habeant , ut non de-  
rogentur , nisi in derogatorio de  
verbo ad verbū inferantur: Gōzai.  
ad reg. Cancel. gloss. 36. n. 13. nisi  
per legem generalem derogetur;  
Gonzales dict. num. 13. Casteljoni  
in alphabetic. jur. verb. privilegi-  
um num. 8. Phæb. decis. 32. num.  
7. & 214. num. 7. Peg. ad princip.  
Ord. lib. 2. tit. 44. à num. 5. ad quod  
conferunt , quæ latè tradidimus  
in nostro opere de munere judic.  
Orphanor. tract. 2. de divisionib.  
lib. 3. cap. 5.

169 Limitatur secundò , quando  
privilegium sicut à pluribus Pen-  
tificibus , Principibusquæ confir-  
matum; quia tunc indiget eadem  
rovacione , quæ indiget privi-  
legium in corpore juris clausum ,  
præsertim cum accedit favor piæ  
causæ , aut religionis , ut multis re-  
latis nos docet Barb. dict. clausul.  
83. à num. 25.

170 Limitatur tertio , quando in  
concessione privilegii additur  
clausula , quod revocari non poss-  
it , nec unquam revocatum cen-  
setur , ut ex multis docet Peg.  
ad Ord. lib. 2. titul. 44. in princip.

*gloss.* 2. n. 12. 13. & 14. quibus citatis nos docet Zoz. *supr. num. 39*

adde, quos longa manu refert, & sequitur *Giurb. conf. 94. n. 9.*

<sup>171</sup> Limitatur quarto, quando pri-  
vilegium est concessum ratione  
publicae utilitatis, vel concessum  
ob causam alimentorum, aut Uni-  
versitati, seu Collegio, aut con-  
cessum intuitu piæ cause, aut vi-  
duis, & orphanis concessum: *Bar-  
bos. d. clausul. 83. à num. 18. cum  
seqq.*

<sup>172</sup> Limitatur quinto, quando est  
concessum ratione contractus,  
vel meritorum: *Peg. dict. gloss.  
2. à num. 18. cum infinitis Giurb.  
conf. 59. n. 62.* ubi cum constan-  
ti omnium DD. traditione asse-  
rit, quod non censetur deroga-  
tum ex clausula *motu proprio*, nec  
ex clausula *de plenitudine potesta-  
tis*, nec ex *ingratitudine*: ex *l. si  
pater §. fin. ff. de donationib. &  
rationem reddit*, quia ipse con-  
<sup>173</sup> cedens in tali casu non est domi-  
nus privilegii: *Vivius decis. 126.  
n. 11. Peg. d. n. 12.*

<sup>174</sup> Limitatur sexto, quando pri-  
vilegium est concessum non sub-  
dito, quia transivit in contrac-  
tum, & non subdito jus firmiter  
est quæsitum, quo non potest pri-  
vari per alienum Principem, cui  
non est jus privandi rebus suis le-  
gitime acquisitis sibi non subje-  
ctum, quæ ratio procedit non tan-  
tum in concedente, verum etiam  
in ejus successoribus, qui sunt ea-  
dem persona cum antecessoribus;  
ut nos diximus n. 129. & ita aliis

A' quibus limitationibus evi-  
denter colligitur, quod quamvis  
privilegia familiarium, officialium  
quæ Sanctæ Inquisitionis non  
sunt clausa in jure, non revocan-  
tur nisi eodem modo, quo in jure  
clausa revocantur; tūm, quia conti-  
nent publicam utilitatem; tūm,  
quia à pluribus Principibus sunt  
confirmata; tūm quia in vim con-  
tractus transfirunt; tūm denique,  
quia non subdito fuerunt imme-  
diatè concessa.

In secundo vero casu, de quo <sup>176</sup>  
*num. 142.* nempè, quando Princeps nulla interveniente justâ cau-  
sâ révocat privilegia, tenemus  
Principem de potestate ordinariâ  
non posse sine legitimâ, & justifi-  
simâ causâ revocare privilegia fa-  
miliarium, officialiumque San-  
ctæ Inquisitionis, & si de facto ré-  
vocet talē revocationē minimē  
valere; quia licet Princeps sine ul-  
lā causâ possit revocare privilegia,  
quæ ex mera liberalitate conce-  
dit; in quo concors est omnium <sup>177</sup>  
DD. resolutio, ut videre est apud  
eos, quos infatigabili calamo citat  
*Giurb. conf. 59. num. 62.* & ad ea  
révocanda sufficiat generalis de-  
rogatio, ut infinitis laudatis do-  
<sup>178</sup> cet *Peg. ad princip. Ord. lib. 2. tit.  
44. à num. 3.* proindequæ gau-  
dens aliquo ex privilegio dicitur <sup>179</sup>  
illud tenere præcario: *Giurb. dict.  
num. 62.*

Tamen privilegia ob merita <sup>180</sup>  
con-

concessa, vel pecunia acquisita, vel ex alio quocumque titulo oneroſo conſequuta revocari ſine cauſâ legitima non poſſunt, ut docet, laudatis pluribus, Peg. ad Ord. libr. 2. titul. 25. in princip. gloss. 2. num. 4. & num. 10. & ad princip. Ord. lib. 2. titul. 44. gloss. 2. à num. 3. cum ſeqq. quibus adde, quos ſuprà abundè citavimus, & quos longâ manu refert, & ſequitur Giurb. dict. n.

62. Cassanotte conf. 43. à numer. 50. latiſſime Gobius conf. 73. à n. 57. fuliſſime Botilier. de ſucessiōnib. ab intestato theoremā 70. à n. 22. cap. 2.

Sed ad totam materiam revocationis privilegiorum paucis abſolvamus, & haec enī dicta melius comprehendantur, totam revocationis materiam cum Bald. in l. qui ſe patris Cod. unde liber num. 14. Cassanotte conf. 43. à n. 54. ad tres conclusiones generales reduximus.

182 Prima conclusio Baldi eſt, quod Princeps privilegium ſuum gratiosum, & abſque pecuniae interventu confeſſum libere revocare potest: Botilier. omnibus relatis theoremā 70. num. 22. 23. & 24.

183 Secunda eſt, quod Princeps non potest de potestate ordinariā revocare privilegium non gratiosum, veluti pecunia intervénientē: Vel ſi prætextu confeſſionis concedens aliquid ſit lucratuſ à ſuſcipiente, putā, aliquam donati-

onem, vel factum, quod habeat perpetuam commenſurationem cum re confeſſa: Botilier. dict. n. 23. & 24.

Tertia eſt, quod Princeps con-tractum, conventionem, premis-

ſionem & ſuam revocare non po-test: Has tamen duas coſclusionses,

in quibus deneget facultatem re-vocandi, limitauit Bald. & Cas-

sanotte ſupr. tribus modis: Pri-mo, quando Princeps ſeudum, vel aliam rem præcatio confeſſit;

argum. tx. in l. Laciū ſſ. de do-na-tionib. Secundo, quando conve-nitionem ſuam revocaret ſecundum

ipſius rei naturam; argum. text. in l. fundi Cod. de fund. patrimo-nialib. Tertiō, quando confeſſit juridictionalia.

Quarta superioribus conclu-ſionib. eſt addenda conclusio;

nempe, quod Princeps privile-gia confeſſa non ſubdito revoca-re non potest, ut ſuprà latè pro-

bavimus, & multis relatis docet Peg. ad Ord. lib. 2. iii. 25. in prin-cip. gloss. 2. num. 6. qui numer. 7.

hanc conclusionem cum multis limitat in jurisdictionalibus, & ibi præstat rationem; & num. 8. quā-

dō privilegium ex poſt facto e-normiter laederet concedentem;

& num. 9. in privilegio confeſſio-generaliter, quod re integrâ fal-teti revocari potest; & num. 10.

quando adſit iuſta cauſa, & privi-legium fit gatuitum; & num. 11.

quando agitur de modico naturae præjudicio.

Revocatio privilegii, ut fortieretur effectum, requirit, quod revocatio sit intimata parti, vel ad eius notitiam perveniat, licet privilegiatus repugnet, cum etiam eo invicto fiat: Zoz. ad Decretales libr. 5. tit. 33. de privileg. n. 42.

Verum, quando Princeps ex justa causâ privilegia de sua natura irrevocabilia revocaverit, tenebitur ad æquivalens, sicuti, quando revocat dominium, tenetur ad pretium, ut cum magno apparatu DD. docet Boilier. de successio-  
nib. ab intestat. cap. 2. theoremā  
70. n. 24. Francisc. Maria tom. 2.  
practicar. disceptationum discept.  
50. per tot.

Revocatio ad futuros tantum, non etiam ad praeteritos casus privilegii pertinebit: Faber in suo codice libr. 1. tit. 12. de definition. 8. ad fin.

Quinta etiam addenda est, scilicet, Principem non presumi voluisse tollere statutum Civitatis, ex cap. si propter tuū de rescript. tit. 6. ubi Barbos. cum multiis num. 1. Hinc dicimus Principem, vel legitimantem, vel concedentem facultatem in legi imandi illegitimi-  
mē natos, ut succēdere possint nō obstantibus legibus, & constituti-  
tionibus, presumi cēsisse de com-  
munibus legibus, non autem dei statutis: Ludovicus Gilbau-  
suis in sua arbore judicaria cap. 6. part. 7. §. 142. n. 1. Barbos. de clausul. clausula 84. per tot.

Extenditur primō, ut procedat etiam, quando Princeps dixerit; non obstantibus quibuscumque legibus, aut constitutionibus: *Ruinus* libr. 3. cons. 103. num. 8. *Gilhausius* supr. n. 1. *Barbos.* dict. clausula 84.

Extenditur secundō, ut locum habeat, etiamsi in privilegio adjecta fuit clausula illa, *motu proprio*; non enim operatur clausula illa, ut sublata presumantur statuta, quorum mentio facta non est in ipso privilegio: *Gilhausius* dict. numer. 1. *Barbos.* dict. clau-  
sula 84.

Declaratur primō, quando in privilegio expressa fuit clausula, *pro expresso habentes*: nam hæc clausula pro expresso habentes vim specialis expressionis tenet: *Gilhausius* supr. n. 2. *Gravet.* cons. 126. n. 7. *Barb.* de clausul. clausula 102. per tot. à n. 1. usque ad 19. *Zevalh.* quest. 6. i. in questionib. p. 2.

Declaratur secundō, ut locum non habeat, quando Princeps; qui concessit privilegium, scivit, vel saltem in genere cogitavit extare statutum Civitatis; nam tunc presumitur illi derogare voluisse: *Gilhausius* supr. num. 2. *Menoch.* de præsumptionib. libr. 6. præ-  
sump. 39. *Ruinus* cons. 94. n. 13. & 103. num. 3. nam licet privile-  
gium incogitata non comprehen-  
dat, cogitata tamen includit: cap. ex multiplice de decim. cap. dudum de electionib. *Mandoz.* gloss. 11. num. 5.

Sexta est addenda pro maiori,  
 206 & uberiori declaratione eorum, quæ tradidimus supr. a num. 156.  
*usque ad 161.* exclusivè, nempè, secundo privilegio nullâ primi mentione factâ non præsumi, atque censeri derogatum, & sublatu primum: *Gilhausius arboris judicariæ cap. 6. part. 7. §. 143.* a num. 1. *Mandoz. de privileg. ad instar gloss. 8. per tot. tūm quia generalis concessio non refertur ad ea, in quibus specialiter est provisum; argum. text. in l. doli ff. de verbor. signif. Mandoz. supr. n. 5.* tūm, quia privilegium generale subsequens non dérogat  
 208 privilegio speciali, ex *cap. veniens de prescriptionib. Mandoz. supr. n. 7.* tūm, quia privilegium  
 209 alicui concessum non debet alterius privilegiis revocationem operari: cum multis *Mandoz. num. 8.* tūm, quia privilegium generale non trahitur ad ea, quæ Princeps non esset in specie concessurus: *l. obligatione ff. de pignorib. cap. in generali de regul. jur. in 6. ubi late Pechius cap. fin. de offic. Vicarii cap. pastoralis de privileg. Mandoz. n. 10.*

Ampliatur primò hæc conclu-  
 211 fio, ut præsertim habeat locum, quando primum privilegium ha-  
 bet clausulam derogatoriam, ex *capit. uno de excessib. Prælatorum libr. 6. Gilhausius supr. num. 1.* nisi dicatur non obstante pri-  
 vilegio etiam habenti clausulam derogatoriam: *Zevalb. q. 6 i i.*

Ampliatur secundo, ut pro-  
 cedat multo magis, quando secun-  
 dum privilegium speciale, nullâ 212  
 mentione factâ primi generalis,  
 tolleret in totum jus illius primi  
 privilegiati, atque esset illi nimis  
 præjudiciale, etiam si in secundo  
 inserta sit clausula ex certa scien-  
 tia: *Ripa in cap. 1. de rescript. num. 59. Gilhausius supr. n. 2. Menoch. lib. 1. conf. 36. n. 59.*

Ampliatur tertio, ut procedat, 213  
 sive primum privilegium sit ge-  
 nerale, & secundum speciale; vel  
 è contra primum speciale, secun-  
 dum generale: *Ripa supr. n. 48. & 49. Gilhausius n. 2.*

Ampliatur quartò, ut proce-  
 dat, non solum, quando ex primo  
 privilegio acquisitum fuit jus in  
 re, sed etiam jus ad rem; est autem  
 jus in re, quod de præsenti com-  
 petit; jus vero ad rem, quod non  
 competit de præsenti, sed est spes  
 de futuro, ex *cap. ultim. de con-  
 cession. præbend. ubi Barbos.* nam  
 hoc casu secundum privilegium  
 non dérogat primum ejus nullâ  
 mentione factâ: *Menoch. dict. conf. 36. num. 22. Gilhausius dict. num. 2.*

Limitatur primò, ut non pro-  
 cedat, quando primum privile-  
 gium est conforme juri communis;  
 nam tunc secundo privilegio illi  
 derogatur nullâ ejus mentione fa-  
 ctâ: sicuti non est necesse men-  
 tionē facere juris communis, ex  
 quo cognitum præsumitur; ita nec  
 privilegii, quod est ipsi juri com-  
 muni

muni conforme, cum idem sit, quod ipsum jus commune; *Felinus in capite 1. de rescriptis. ibi Ripa Gilhausius sup. a num. 3.* quæ limitatio apud nos procedere non potest, ex *Ordinat. libr. 2. tit. 44.* & ex his, quæ supra diximus à num. 162. quando est clausum in nostra Ordinatione.

<sup>217</sup> Limitatur secundò, ut non procedat, quando primum privilegium est insertum in corpore juris: nam tunc secundo privilegio præsumitur derogatum, etiam si nulla ejus habita est mentio. *Abbas in dicto capite 1. de rescriptis ibi Ripa, Gilhausius n. 3.* Verum hæc etiam limitatio apud nos non procedit, ex dictis à num. 162. quando privilegium est incorporatum in nostra regia Ordinatione.

<sup>218</sup> Limitatur tertio, quando primum privilegium esset obreptitium, seu subreptitium, vel alias nullum: tunc enim nulla ejus fieri debet mentio in secundo *Ripa supra n. 56. Gilhausius n. 3.*

<sup>219</sup> Limitatur quartò, quando primum privilegium esset multum vulgare; nam tunc secundo privilegio illi derogatum præsumitur, et si nulla ipsius primi mentio facta sit: quia præsumitur Principem illius noticiam habuisse, quemadmodum præsumitur scire, quæ à jure communi sancita sunt, ex *cap. 1. de constitutionibus 1. n. 6. Ripa dict. cap. 1. n. 7. Gilhausius dict. n. 3.*

Limitatur quintò, quando Princeps concedendo secundum privilegium cogitavit saltem in genere de primo jam alteri concessò: *Gilhausius supra num. 3. Menoch. lib. 6. præsumpt. 40. numer. 20.*

Limitatur sextò, quando secundum privilegium derogaret primo non in totum, sed aliqua in parte, tunc ei derogatum censetur, et si in ipso secundo nulla primi facta sit mentio; ita de rescripto, quo consuetudini derogatur, scripsit *Abbas in capit. constit. de iu integr. restitut. Gilhausius d. n. 3.*

Limitatur septimo, quando in secundo privilegio adjecta est clausula derogatoria; *non obstantibus quibuscumque privilegiis, etiā si de illis opus esset facere speciale mentionem, quorum tenores de verbo ad verbum baberi volumus pro expressis:* quia hoc casu præsumitur Principem voluisse derogare primo privilegio, etiam habenti clausulam derogatoriam ad futura privilegia: nisi de ipsis fiat mentio de verbo ad verbum; ut tenent *Baldus, Angelus, Anchard.* & alii relati à *Ripa in cap. 1. de rescriptis n. 55.* qui numer. 55. & *Gilhausius supr. numer. 4.* <sup>225</sup> in materia duos casus distingunt: primus, quando Princeps per vim legis generalis derogat omnibus privilegiis, etiam si de illis oporteret speciale mentionem facere: in hoc casu tolluntur omnia

nia privilegia , quæ in corpore juris non fuerint clausa , etiam habentia clausulam derogatoriam ad futura privilegia , & rescripta ; & ita procedit opinio supradictorum DD. *Barbos. clausul. 102. per totam.*

probavimus cap. 18. , & 19. docetque cum aliis *Gilhausius arboreus Judicariæ cap. 6. part. 7. §. 144. à num. 1.* quia renunciatio proprii juris est quedam donatio , quæ non præsumitur ; ut latè diximus de *Munere Judicis Orphan. tradi. 1. lib. 3. cap. 11.*

- 226 Secundus casus est , quando derogatur omnibus privilegiis per viam alterius privilegii , aut rescripti cum clausula supradicta , & in hoc casu censentur derogata privilegia non inserta in corpore juris: *Ripa in dict. cap. 1. n. 55. Gilhausius dict. n. 4.* ubi dicunt , quod considerandæ sunt primum clausulæ utriusque privilegii , & illæ præferri debent , quæ maioris efficaciam fuerint ; *Barbos. clausul. 102. per totam.*

228 Si vero clausulæ pars efficaciam fuerint , tunc si secundum privilegium est concessum motu proprio , locum habet id , quod diximus in primo casu , ut scilicet derogatum censeatur primo ; si vero est concessum ad postulationem patris supplicantis , tunc procedit doctrina , de qua in secundo casu scilicet , privilegio primo derogatum non præsumi. *Menoch. dict. præsumpt. 40. Gilhausius à n. 4.*

229 Diximus suprà num. 100. privilegium regulariter per renunciationem , sive expressam , sive tacitam amitti , cui denuo addimus regulam generalem , nempe , quod privilegiatus non præsumitur suo privilegio renunciare velle ; ut

Declaratur hæc præsumptio , ut locum non habeat , quando privilegiatus facit actum contrarium ipsi privilegio : *cap. si de terra de privilegiis , ubi latè Barbos. ,* quæ declaratio intelligitur quoad personam ipsius facientis actum contrarium ipsi privilegio , cui quidem ad sui præjudicium renunciare præsumitur : securus vero quo ad alios , quibus præjudicare non potuit. *Gilhausius cum aliis dict. n. 1. DD. in cap. cum accessissent de constitutionibus , & quo ad casum , & actum illum , non autem quo ad alios , ut si privilegiatus immunis ab omnibus muneri bus publicis unum subit , dicitur quidem renunciasse privilegio , quo ad illud onus , non quo ad alia. Gilhausius d. n. 1.*

Actus contrarius privilegio non officit , quando actus ipse factus contra privilegium confessus est ab eo , qui privilegio renunciare non potest. *Gilhausius super n. 2. Barbos. in d. capite cum accessissent 8. num. 6. vel quando in privilegio adscripta est clausula decreti , vel alia prohibitiva : nam tunc , nec per contraventionem , nec per præscriptionem tollitur.*

Yy

tur: *Gilbausius* supr. num. 3. vel quando faciens actum contrarium, illum fecit cum protestatione, aut coactus illum fecit, aut quando consuetudine acquisitum fuit privilegium: *Gilbausius* supr. num. 4., & nos supra, vel dehinc quando actus effectum fortitus non fuit: *Gilbausius* dict. num. 4. vers. textus hæc declaratio.

<sup>236</sup> Privilegia an, & quando ex defectu confirmationis amittantur? Vide latè apud *Molin. de Primogenit. libr. 2. cap. 6.* à numer. 53., & *cap. 7.* à num. 7. *Cancer. 3. var. cap. 3.* à n. 175. *Valens. conf. 79.* à n. 19. *Castilh. lib. 5. controversial. cap. 89.* à num. 229. *Solorz. de Jur. Indiar. libr. 2. cap. 26.* *Gratian. de nobilit. gloss. §. 1. num. 66.* *Pas de tenuata cap. 57.*

<sup>237</sup> Hodie familiares ad certum numerum redacti sunt, ut patet ex diplomate relato *cap. 3. num. 85.*, & optimè cum ratione, de quâ in dicto diplomate, quæ mirre confirmatur ab iis, quæ supra dedimus à num. 137. ideoquè familiares extra numerarii nullo in nostro Regno potiuntur privilegio, nec etiam in Regno Castelha; teste *Balmased. de Collecc.*

<sup>238</sup> *quest. 52.* quare, ut privilegio muniantur, se prius probare debent esse familiares de numero, quia fundans se in aliquâ qualitate eam probare debet; prout in terminis docet *Cortiad. decis. 30.*

*n. 78. l. 2. §. sed si dubitetur l. si quis aliena ff. de *Judic. l. 1. §. ait Prætor ff.* ne quid in loco publico.*

De Mercatore pecuario, <sup>239</sup> Mlionibus, Macello Inquisitionis, & de Edile, cæterisq; officiis minoribus Sanctæ Inquisitionis, quibus ipsa inservitur, tractare nobis animus erat; sed quia diploma, & privilegia eorum reportare non potuimus, volumus potius pauca idonea effundere utilius, quam multis inutilibus homines prægravare assistentes Justiniiano afferenti in l. 2. Cod. de Veter. jur. enucleand. ibi: *Pauca idonea effundere utilius esse, quam multis homines prægravare;* ubi: *Barbos. num. 26.* vide *Pereir. in sua Academia lib. 3. disput. 4. quest. 12. per tot. Cortiad. decis. 211.* ubi à n. 1. usque ad 35. agit de jure Macelli, cui competit, & quomodo co quis uti debet; & quando Judex saecularis in Macello Clericorum se intromittere possit; & circa materiam hujus capitis observa sequentes leges.

